



1143.

oo 30

30

DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS  
DE  
**DIVERSO JURE**  
**BONORUM ADQUISI-**  
**TORUM ET HEREDITA-**  
**RIORUM,**

QVAM  
DEO ter O. M. adnuente,  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

**D N. C A R O L O ,**  
PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE BRANDENBUR-  
GICO, ET RELIQUA,

*In Illustri Academia Fridericiana,*  
PRAESIDE

**JACOBO FRIDERICO**  
LUDOVICI,  
J.U.D. & PROF. PUBL. ORDINAR.  
**PRO LICENTIA**

Summos in utroque jure honores & priuilegia Doctoralia rite  
cavendi

ad diem Octobr. M DCCXIV. Horis ante 6 pomerid.

Placido Eruditorum examini submittit

**JOHANNES GERHARDUS GOEBEL,**  
Hamburgensis.

---

HALAE MAGDEBURGICAE,  
LITT. CHRISTIANI HENCKELII, ACAD. TYPOGR.

30







DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS  
DE  
DIVERSO JURE BONORUM  
ADQVISITORUM ET HEREDITA-  
RIORUM.

PROOEMIVM.

Fustraneus forsan aliquibus videbitur la-  
bor circa enodationem juris diuersi bo-  
norum hereditariorum & adquisitorum in  
præsenti a me suscepitus, cum ad jus Lu-  
becense amplissimns extet Dauidis Meuii com-  
mentarius, qui multa de illo diuerso jure addu-  
xit, ad statuta ciuitatis Luneburgensis vero com-  
mentatus sit Hardevvigus a Dassel, & de Ham-  
burgensium juribus statutariis in diuersis dispu-  
tationibus, tam in hac, quam aliis Academiis ha-  
bitis, actum fuerit. Sed credo ego, lectorem be-  
nevolum, postquam integrum hancce meam dis-  
sertationem perlustrauerit, aliam opinionem de  
me concepturum esse. Deprehendet enim, me

A 2 non-

nonnulla suppleuisse, quæ Mevius plena manu non expofuerat, nonnulla etiam aliter posuisse, quam a Mevio posita erant, non quod ego me prudentiorem Mevio existimem, talis enim arrogantia longissime a me abeft, sed quia etiam eruditissimis aliis viris accidere folet, ut quando illi primi materiali aliquam exponunt, non omnia ipsis succurrant, quæ regulæ interpretandi requirunt, ex causa, quia homines sunt & sic humani aliquid patiuntur. Inuentis deinde addere & minus congrue posita emendare facile est, nec alicui male vertitur, si ejusmodi emendationem fulcipit, modo modeſte hoc faciat, qua modestia me ubique uſum eſſe confido. Ad statuta Hamburgensia, quantum mihi quidem conſtat, integer commentarius non extat, nec in diſputationibus, quas mihi inſpicere licuit, præſens materia plene pertractatur, & ſi forſan talis diſputatio jam aderet, ex collatione tamen facile pateret, quod cogitata noſtra cum aliorum opinionibus non ubique conueniant. Hardevvigus a Daffel diuerſum jus bonorum hereditariorum & adquisitorum integrum non expoſuit, prout ex iſpectione commentarii ab ipso publici juris facto patebit. Non ergo inutilem fore laborem ſpero, ad quem nunc prævia auxiliū diuini humillima imploratione me accingo.

CON-

## CONTENTA TOTIUS DISSERTATIONIS.

**B**ona quoniam dicamur? §. I. diuisio bonorum in adquisit*a* & hereditaria. Textus ex jure Hamburgensi & Lubecensi *huc* pertinentes, §. II. definitio bonorum hereditariorum ex jure Hamburgensi & Lubecensi, §. III. & ex statutis ciuitatis Luneburgensis, §. IV. quid jure Saxonico sub voce der Stamm-Güth*er* veniat? §. V. legitimorum nomine, ad quos bona hereditaria devoluuntur, etiam legitimati & adoptivi comprehenduntur, §. VI. bona, qua quis emit ab eo, cui proxime successurus est, non habent qualitatem bonorum hereditariorum, §. VII. nisi specialis conuenio hoc nomine inita fuerit, §. VIII. Bona ex permutatione pro hereditariis accepta non sortiuntur naturam bonorum hereditariorum. Notatur Menius, §. IX. quid, si quis rem hereditariam semel vendiderit, postea tamen eandem iterum redemerit? §. X. de casu, si res hereditaria inter duos pluresue fratres diuidenda erat, unus vero ex illis totam illam retinet, & ceteris suarum partium premium persoluit, item, si ipse testator bona inter liberos diuisit, §. XI. si quis vendidit bona hereditaria & pro pretio bonorum vendorum alia bona sibi comparat, an bona illa ex pretio vendorum bonorum comparata naturam hereditariorum habeant? §. XII. Bona hereditaria ab hoste occupata, deinde tamen post pacem initam iterum recuperata, pristinam naturam reincident. Alind dicendum, si quia bona ab hoste occupata solo eorum pretio redimit, §. XIII. De bonis, que vel maritus iure successionis ab uxore, vel e conuerso uxor a marito consequitur. Differentia inter jus Hamburgense, Lubecense & Luneburgense, §. XIV. quid, si bona illi donata fuerint, qui ab intestato alias etiam successurus est? notatur Menius, §. XV. bona hereditaria etiam sunt, que parentes liberis tempore separationis adsignant, §. XVI. manent etiam talia, licet quis in testamento cum heredem scripsit, qui alias ab intestato successurus erat, §. XVII. Sub nomine bonorum hereditariorum sola immobilia intelliguntur, non vero mobilia, §. XVIII. sub immobilibus etiam comprehenduntur

ea, que accessoria & juris intellectu immobilia sunt, §. XIX. Transf<sup>o</sup>gio ad ipsum diuersum jus bonorum hereditariorum & adquisitorum, §. XX. Diuerstas juris inter illa bona jure romano in materia separationis bonorum, §. XXI. item, quando fratres consanguinei & uterini defuncto fratri communi succedunt, que tamen diuerstas jure Saxonico electorali locum non habet, §. XXII. jure romano differentia bonorum non attenditur, quando descendentes ex diuersis lineis defunctis descendantibus succedunt. Dissentit Carpzovius quoad jus romanum, §. XXIII. sed rationes ab illo adducte nullius sunt momenti, nec leges allegatae hoc quadrant, §. XXIV. reicitur ergo Carpzovi sententia. Nostra opinio non solum in camera imperiali, sed in ipsa quoque Saxonia electorali est recepta, §. XXV. jure saxonico bona hereditaria auita donari non possunt, §. XXVI. venditio quidem ejusmodi autorum permis<sup>o</sup> est, descendantibus tamen disto jure Saxonico electorali jure protimicis competit. Alibi omnes consanguinei eodem jure etiam in bonis adquisitis fruuntur, §. XXVII. an in dubio bona hereditaria, an vero adquisita presumantur? nonnulli hereditaria presumenda esse volunt, §. XXVIII. qui refutantur, §. XXIX. & defendit, quod bona in dubio pro adquisitis abunda sint, §. XXX. Inituit bonorum adquisitorum jus Hamburgense, Lubecense & Luneburgense possessori liberam disponendi facultatem reliquit, quam quilibet jure communi intuitu omnium bonorum habet, §. XXXI. potestas disponendi de bisce bonis adquisitis & ratione actuum inter viuos & ratione ultimarum facultatum salua est, modo disponens mentis compos sit. Quondam jure saxonico agrotantes donare non poterant, §. XXXII. textus de bonis adquisitis ex statutis ciuitatis Luneburgensis, §. XXXIII. proximi agnati jure protimicis gaudent intuitu bonorum adquisitorum, quando illa a possessore in extraneum transfruntur, §. XXXIV. dissentit quoad jus Lubecense post Cothmannum Meuius, §. XXXV. cuius argumenta refelluntur, §. XXXVI. & XXXVII. casus ex statutis Hamburgenibus, quando uxor de bonis adquisitis in fauorem mariti disponit, §. XXXVIII. De bonis hereditariis sine proximorum heredum consensu disponere

non

CONTENTA TOTIUS DISSERTATIONIS.

7

non licet. Adducuntur verba statutorum Hamburgensium, §. XXXIX. juris Lubecensis, §. XL. juris statutarii ciuitatis Luneburgensis, §. XLI. hoc iure Luneburgensi tamen pater, qui liberos in sua patria potestate habet, bona hereditaria alienare potest, §. XLII. an verbum: *lassen*, quod in statutis Luneburgensibus reperitur, ad alienationes inter viuos solum pertineat? §. XLIII. alienatio contra tenorem statutorum suscepta nulla est, & res alienata a proximo herede sine restituzione pretii vindicari potest, §. XLIV. utrum ipse alienans rem alienatam vindicare queat? adfirmat Meius, §. XLV. qui refutatur §. XLVI. jus vindicandi bona alienata omnibus venditoris cognatis competit, siue sint ex primi acquirentis stipite, siue non, modo venditoris proximi heredes sint, §. XLVII. si plures heredes aequo proximi ad sunt & res commode diuidi potest, omnes pro rata admittuntur: si diuidi ita non potest, praeventioni locus datur, & si omnes eodem tempore in vindicatione concurrunt, res per sortem est decidenda. Si alienans rem hereditariam in unum ex pluribus & que proximis transfert, reliquis jus vindicandi non competit, §. XLIX. quid si heredes proximiores juri suo renuncient, an jus vindicandi jam remotioribus competit? §. XLIX. liberi separati nomine proximorum heredum jure Hamburgensi non veniunt, quoniam a successione plane exclusi, §. L. consensus proximorum heredum in alienationem in dubio non presumitur. Unde ille colligi posse? §. LI. heres proximus jus vindicandi bona alienata alteri cedere nequit, §. LII. ciuiis Hamburgensis bona immobilia hereditaria in alieno territorio possidens eriam Hamburgi de iis recte disponit eaque alienat, §. LIII. sivero bona hereditaria Hamburgi sita, alienatio non valet, licet possessor in alio loco commoretur, §. LIV. aut juri ciuitatis renunciauerit, §. XLV. edificium recens in fundo hereditario extructum ejusdem naturae cum fundo est & sic vindicari potest. Expense tamen sunt refundenda, §. LVI. oppignoratio bonorum hereditariorum non valet, interim tamen proximus heres viuo oppignorante, ea vindicare nequit, §. LVII. differentia inter bona hereditaria & adquisita in ciuitatibus ducatus Pomerania & Megapolitano non obtinet, quamuis he ciuitates alias jure Lubecen-

8 CONTENTA TOTIUS DISSERTATONIS

becensit autem, §. LIX. pretium rerum, quas quis per rapinam, furum, aut adhibitum dolum ad se pertraxit, ex bonis hereditariis restituui debet, si adquisita non adiunt, §. LIX. ex bonis hereditariis ad piar causas aliquid legare non licet, nec beneficiari ex illis bonis remuneratio causa quid dare licet, §. LX. alienatio bonorum hereditariorum in casu summa necessitatis exigentis permitta est, modo alienans prestito jure jurando adserat, quod bona adquisita sufficientia non habeat, §. LXI. casus necessitatis in juribus statutariis non determinantur, unde ad ius commune recurrentum, §. LXII. causa necessitatis adest, quando alimenta deficiunt, §. LXIII. expensa, siue studiorum summis, ad casu am alimentorum referri non possunt. Dissentit Knipschild, §. LXIV. dotis constitutio & restitutio ipsi uxori facienda ad casus necessitatis pertinet, §. LXV. nec non redemptio captiuorum ab infidelibus & sine suo delicto, §. LXVI. de bonis hereditariis litigiosis transfigere permititur, §. LXVII. eorum honorum alienatio permititur propter alienum defuncti, non vero propter illud, quod successor contraxit, hic tamen, quamdiu vivit, fructibus creatioribus suis adsignare potest, §. LXIX. consultum est, ut alienationem ex causa necessaria factam causam cognito & decrezum magistratus precedat, §. XLIX. jure Lubecensi alienatio bonorum hereditariorum permititur, modo pretium ex illorum venditione redactum in annos reditus collocetur, §. LXX. Meius intuitu casuum necessitatis adductorum consentit, §. LXXI. quando bona hereditaria alienantur, proximis hereditibus adhuc ius proximis eos competit, §. LXII. bona hereditaria ob delictum a possessore commissum fisco addiccionem possunt, fiscus tamen, si delinquenti ex gratia principis bona mortis remittitur, fructibus ad dies vita delinquentis frui potest, §. LXXIII. an etiam jure Hamburgensi bona hereditaria ob causas necessarias alienari queant, quia statuta casuum necessitatis nullam mentionem injicunt, §. LXXIV. ad finia bonorum hereditariorum sunt bona fiduciocommissaria, que communiter per modum ultima voluntatis constituuntur, §. LXXV. in germania interdum quoque per modum contractus constituti solent, quo casu tamen constitutio hypotheca utilis est, §. LXXVI. conclusio totius dissertationis, §. LXXVII.

§. I.

## §. I.



Ntequam ad ipsam juris diuersitatem in rubro dissertationis indicatam ejusque explicationem acceditamus, primo generatim de bonorum adquisitorum & hereditario rum natura constare debet. Devocabulo bonorum ita Ulpianus in l. 49.

*ff. de V. S. bonorum appellatio aut naturalis, aut ciuilis est: naturaliter bona ex eo dicuntur, quod beant, hoc est beatos faciunt: beare est prodesse. In bonis autem nostris computari sciendum est, non solum, que dominii nostri sunt, sed & si bona fide a nobis posideantur, vel superficiaria sint. Aequo bonis adnumerabitur, etiam si quid est in actionibus, petitio- nibus, persecutionibus: nam hec omnia in bonis esse videntur. Africanus in l. 208. eod. ita: bonorum appellatio, sicut hereditatis, uniuersitatem quandam ac jus successionis, & non singulas res demonstrat. Ergo sub voce bonorum omnes res comprehenduntur, quae vel jure dominii, vel alio quo- cunque ad nos pertinent. An etiam liberi? ita quidem existimat Gothofredus ad l. 1. C. de sent. pass. & reflit. ve- rum, quia liberi non sunt res in commercio existentes, hinc quoque in numerum, siue ad uniuersitatem bonorum referri non poterunt.*

## §. II.

Bona haec in praesenti in *adquisita & hereditaria di- spescimus*. De *adquisitorum* natura facile constat, sunt enim omnia ea, quae quis vel titulo oneroso, vel lucrati- uo, primus adquisiuit extra casum successionis ab intesta- to. Vocantur in iuribus statutariis passim *wol gewon-*

nen Guth, vox gewinnen enim idem est, ac adquirere, unde de male quælitis, sed iterum amissis dicimus, so gewonnen, so zerronnen. In Statutis Hamburgenibus part. 3. tit. 1. § 7. ita exprimitur: was aus sündlicher Kunst und Zuneigung gegeben wird, oder durch Vernunft und sorgfältige Arbeit von jemand erworben, & in art. 9. was jemand bey seinem Leben auch von Abmühung der Erb-Güter durch fleißiges sparsames Haushalten eröbert. Thesauri inuentio huc etiam sine dubio referenda est. In jure Lubecensi definitio negativa solum habetur l. 1. tit. 10. art. 6. alles ist nach Lübecker Recht wol gewonnen Gut, was kein Erb-Guth ist.

### §. III.

Bona hereditaria sunt, quæ a majoribus, aut sanguine junctis in adscendentii, vel etiam transuersali linea ab intestato deferuntur, Meit. ad jus Lub. l. 1. tit. 10. art. 6. num. 12. Textus est in Stat. Hamb. p. 3. tit. 1. art. 7. und wird disfalls für Erbgut gehalten und genannt, was jemand von seinen Eltern, oder nächsten Freunden durch tödliche Fälle angeerbet, in jure Lubecensi d. l. 1. tit. 10. art. 6. Erbgut aber wird geheissen allerley Gut, welches einem Menschen anfallen mag von seinen Eltern, oder Blut-Freunden, in aufsteigender, niedersteigender und Seit-Linien.

### §. IV.

Statuta ciuitatis Lüneburgensis non de omnibus promiscue successionibus ab intestato loquuntur, sed de iis solum, quæ in linea adscendentii sunt. Lüneb. Gerichts-Ordnung part. 6. tit. 5. ins. Erbgut ist nach unserm Stadt-Recht, so jemand von Vater, oder Groß-

Bg.

Vater, oder anderen Ober-Eltern Erbfalls-Weise an-  
gestorben ist. Evidem Hardewicus à Dassel in *Comm.  
ad Statut. Luneb. art. 10. n. 12. voc. Erbgut, bonorum au-  
torum mentionem injicit, Altväterlicher Stamm-Gü-  
ter; verum hoc non ita intelligendum est, ac si bona,  
quæ hic vocantur hereditaria, necessario jam ab aucto, vel  
proauo ulterioribusque adquisita esse debeat, textus e-  
niam adductus alternatue loquitur: von Vater, oder  
Groß-Vater, oder anderen Ober-Eltern, sed bona illa  
sic dicta aucta unice nouiter adquisitis opponuntur. Nec  
obstat, quod in *S. 6. Luneburg. art. 10.* generatim dicatur,  
das Erbgut, das ihm angeerbet ist, hic enim locus extra  
dubium ex citata ordinatione judicial specialiter loquen-  
te explicandus erit.*

## §. V.

Aliud jure saxonico electorali obtinet. Ibi enim  
bona aucta, Stamm-Güter, non dicuntur, nisi quæ ad  
minimum ab aucto jam adquisita fuerint. Textus est in  
electoris Augusti *conf. 12. p. 2.* Weil dieser Text (scilicet  
Land-N. 1. i. art. 52.) saget, daß ohne der Erben Laub kei-  
ner sein eigen, (Das ist, wie es gemeinlich verstanden  
wird, Erbstamm-Güter,) vergeben könne, so ist zu wis-  
sen, daß Stamm-Güter solche Güter sind, welche der  
Donator nicht selbst adquiriret, oder erlanget, sondern  
die von seinen Vorfahren, als Großvater und dergle-  
ichen, gewonnen, und von denselben ihren Ursprung ha-  
ben. Adde in materia retractus genitilii *conf. 31. p. 2.* i-  
bi: jedoch, daß unter den Stamm-Gütern diese ver-  
standenen werden, die nicht von Eltern alleine, sondern  
von Groß-Eltern gekommen. Ceterum perinde est, si-

B 2

ue ab

ue ab auo paterno, siue materno proueniant ea bona,  
Carpzou. p. 2. c. 12. def. 1. n. 1. 2.

## §. VI.

Videamus nunc paucis de quæstionibus specialibus, quæ hic à DD. moueri solent. Quæritur: utrum in illis locis, in quibus bona hereditaria in genere dicuntur, quæ per successionem ab intestato delata fuerunt, uti Hamburgi & Lubecæ, legitimorum nomine etiam *legitimi* & *adoptiui* veniant? De legitimatis res expedita est, quia illi reuera sunt consanguinei & legitimatio per modum fictionis retrotrahitur & per consequens legitimatum ab initio statim legitimum fuisse censemur. Scilicet fictio naturam initatur, §. 4. *J. de adopt.* & in casu ficto idem operatur, quod veritas in casu vero, conf. Stru. S. J. C. Exerc. 28. th. 20. quod vero adoptiuos attinet, de iis nos dubitare non finit expressus textus in l. i. §. 4 ff. und, cognat. ubicumque de cognati agitur, ibi sic accipiemus, ut etiam adoptione cognati facti continetur, v. Meu. ad ius Lab. l. i. tit. 10. art. 6. n. 21.

## §. VII.

Diximus supra in §. III. bona hereditaria esse, quæ jure successionis ab intestato ad nos delata fuerunt; quæritur ego, quid de bonis *emiti* statuendum sit? Evidem, si quis rem ab extraneo & cui heres non est extiturus, comparavit: res aperta est, hoc non pertinere ad hereditaria, sed ad bona acquisita. Quæstio igitur de illis solum intelligi debet, que quis emit ab eo, cui proxime successurus est. Nonnullos esse dicit Meijus loc. cit. num. 28. qui hæc bona pro hereditariis reputant, veluti Chassanum ad consuet. Burgund. rubr. 10. §. 1. verb. *ancien* num. 1. & Fabrum ad proœm. insf. verb. *Alemannicus*; ipse tamen

Me-

Meuius, præcipue quod jus Lubecense attinet, perinde esse putat, utrum quis rem ab extraneo emerit, an ab eo, cui proxime successurus erat, utroque enim casu bona pro adquisitis habenda esse, non pro hereditariis, quoniam pretio soluto comparata fuerunt, quam sententiam ante Meuium jam souit Cothmannus *vol. i. conf. 40. num. 71. seq.* Nos eandem sententiam jure Hamburgensi quoque & Luneburgensi procedere existimamus, in textibus enim §. III. & IV. jadum adductis satis clare dicebatur Durch tödtliche Fälle angeerbet, item Erbfalls-Weise angestorben. Dicis; bona tamen manent in familia, siue v. g. pater ea jure successionis in filium transferat, siue filius ea pretio soluto à patre comparet; respondeo, statuta non solum requiri, ut bona ab uno in alterum in eadem familia transferantur, sed præterea etiam, ut translatio illa per modum successionis & sic titulo lucrativo universaliter fiat, quæ in casu ante adlato omnino deficit. Emitor quidem etiam successor venditoris dicitur; verum est ille successor singularis & rem titulo oneroso sibi acquirens.

## §. IX.

Interim per specialem conuentionem fieri potest, ut res proxime successuro vendita nihilominus naturam hereditariorum bonorum retineant. Referunt huc, si in ipsa emtione-venditione adiiciatur, quod res vendita sine consensu proximi cognati alienari neutquam debeat: vel, ut res vendita in via hereditaria, bey dem Erbgang, remaneat, &c. Meu. *loc. cit. n.n.m. 32.* Sane, quia per pacta & conuentiones effici potest, ut feudum, quod, reueranoum est, pro feudo antiquo, ein altväterliches Stamm-Lehn habeatur, Finckelth. *disp. feud. 2. th. 15. in*

f. B. Stryk. *exam. jur. feud. c. 3. qu. 16.* multo magis in bonis hereditariis qualitas illa, quæ jam ante aderat, per conventionem conseruari poterit.

## §. IX.

In eo casu, si bona hereditaria cum aliis bonis permutantur, ea bona, quæ quis ex permutatione accepit, pro recens adquisitus habenda non esse, sed illa eandem fortiri naturam, cuius fuerant translatæ, adfruit Meu, loc. cit. num. 39. seq. nifus præcipue auctoritate Tiraquelli & Virgilii Pingizeri illustr. quest. 27. num. 14. seq. Sed non video, quomodo haec coherent cum illis principiis, quæ Meuius in eo casu souebat, si proxime successurus rem pretio interueniente etiam a patre, vel fratre, comparat, de quo casu paulo ante in §. VII. egimus. Scilicet, bona emta propterea hereditariis accensere nolebat, & recte quidem, quia illa pro pretio comparantur et jure successionis non deferuntur; ast vero ea quoque, quæ quis ex permutatione accipit, eo successionis jure non deferuntur, & quemadmodum res emta pro pretio, ita quoque res ex permutatione accepta pro alia re data adquiritur. Forsan mihi quis objicit tritum illud: quod surrogatum sapiat naturam ejus, in cuius locum surrogatum fuit; sed facilis est responsio, quam ipse Meuius cons. 67. num. 84. & 85. nobis suggerit. Illatio, inquit ille, a surrogato non ultra valet, quam ubi eadem est ratio surrogati & ejus, in cuius locum succedit, quæ diuersa efficit, ut diuersum jus sit. Diuersitas vero inter bona hereditaria permutata & inter ea, quæ permutans ex permutatione accepit, in aprico est. Consentit nobiscum Carpzou. p. 2. c. 12. def. 2.

## §. X.

## §. X.

Quid, si quis rem hereditariam semel vendiderit, posse a  
tamen eandem iterum redemerit? hic recte distinguit Me-  
uius adijs Lubec. d. I. i. tit. 10. art. 6. n. 36. utru res ad vendi-  
torem reuertatur per rescissionem prioris contractus, v.  
g. propter paectum de retrouendendo, paectum legis com-  
missoriae, ex capite doli, metus, lesionis ultra dimidium,  
& similibus; an vero ex nouo plane contractu, v. g. si  
emtor venditori rem emtam deinde iterum vendit, aut  
donat, imo etiam in ultimis voluntatibus, si emtorem  
heredem in hac re instituit, vel eam venditori legat. Pri-  
ori casu bona vendita pristinum locum & statum recipiunt,  
posteriori autem ad priorem conditionem non reuertun-  
tur. Eodem modo in materia de pignoribus pignus  
consentiente creditore alienatum reuiniscit, si alienatio  
facta resolutur, l. 10. pr. & §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth.  
soln. quod secus est, si pignus alienatum ex noua causa ad  
debitorem reuertitur, l. fin. C. de remiss. pign. Brunnen. in  
comm. add. I. fin.

## §. XI.

Sequitur casus, si quando res hereditaria inter duos plu-  
res fratres diuidenda erat, unus vero ex illis totam illam re-  
tinet & ceteris suarum partium pretium persoluit. Hic  
principia semel rite posita (a quibus in materia permutationis  
recesserat, v. supra §. IX.) sequitur Meuius d. I. i. tit.  
10. art. 6. n. 30. quod nempe res qualitatem bonorum he-  
reditariorum amittant, quia ad fratrem non uniuersali; sed  
singulari titulo deuenerunt, qui eas non ut heres, sed ut  
emtor accepit. Videtur tamen hoc eatenus restringen-  
dum esse, quatenus frater & coheres aliquid ut emtor ac-  
cepit. Ergo, si v. g. tres fratres fuerunt, unus ex fratri-  
bus

bus duas quidem hereditatis portiones ut emtor accepit, tertia vero pars ad ipsum jure hereditario deuoluta fuit & sic pristinam qualitatem retinuit. Aliud quoque obtinet, si ipse testator bona inter liberos diuise & v.g. filio omnia bona immobilia, filiabus vero legitimam in pecunia numerata adsignavit. Hic enim extra omne dubium bona immobilia filio adsignata pristinam qualitatem bonorum hereditariorum retinent.

## §. XII.

Vendidit quis bona hereditaria & pro pretio bonorum venditorum alia bona sibi comparat, queritur, an haec bona ex pretio bonorum hereditariorum emta naturam bonorum hereditariorum adsumant? Negat Mevius loc. cit. num. 41 seq. quia in singularibus pretium non succedit in locum rei, nec res in locum pretii, l. 21. ff. de hered. vel ali. vend. nisi comparans hac de re mentem suam protestando declarauerit, aut de ea aliter ex certis conjecturis constet. Procedunt ergo haec, si res singularis ex bonis hereditariis vendita & pro pretio ex venditione accepto alia res immobilis comparata fuerit. Sed quid, si integras hereditas ex bonis hereditariis constet, nec alia bona in ea reperiantur, & possessor integras hereditatem vendat? certe in uniuersalibus pretium in locum rei succedit, l. 12. ff. de hered. petit. ergo pretium ex venditione redactum est hereditarium quid. Deinde in uniuersalibus etiam res in locum pretii succedit, l. 20. pr. ff. eod. ergo bona immobilia pro illo comparata etiam erunt hereditaria. Limitant tamen hoc DD. si nempe heres bona nomine hereditatis emit, si ergo suo emit, non ut heres, rem in locum pretii non succedere dicunt, & in dubio presumendum esse existimant, quod potius suo, quam hereditatis nomi-

nomine emerit, Menoch. *conf. 23. n. 7. seq. n. 19. seqq. n. 36.*  
*seqq.* quem sequitur Brunnemannus in *comment. ad d. 1.*  
*20. ff. de hered. petit. num. 2 & 3.*

### §. XIII.

*Si bona hereditaria ab hostibus occupantur, deinde vero  
pace inita forsan iterum restituuntur, queritur: an natu-  
ram bonorum hereditariorum adhuc habeant? adfirmat  
questiōnem Meuius *loc. cit. num. 38.* ratio suppetit, quia  
res immobiles, quales hic, ut infra dicetur, supponunt-  
tur jure postliminii gaudent, *l. 20. §. 1. ff. de captiu. & po-  
stlimin. reuers.* Aliud obtinet, si quis bona ab hoste occupa-  
ta soluto pretio redimit, *Id. l. cit. tunc enim nouus adeit  
titulus & sic pristina qualitas extincta.**

### §. XIV.

*Bona, quæ vel maritus jure successonis ab uxore, vel  
uxor à mariso consequitur, pro hereditariis non habentur,  
quia conjuges neque parentum, neque cognatorum no-  
mine veniunt, Meu. *loc. cit. n. 23. seqq.* Hoc jure Lubecen-  
si certum, quia ibi expresse dicitur, welches einem Men-  
schen anfallen mag von seinen Eltern, oder Blut-Freun-  
den, in aufsteigender, niedersteigender, und Seitlinien,  
v. supra §. III. idem jure Luneburgensi, v. §. IV. Jure Ham-  
burgensi vero pro hereditario etiam reputatur *juxta Stat.*  
*Hamb. p. 3. tit. 1. art. 8. was von demjenigen, so einem Man-  
ne von wegen der Frauen, und der Frauen wegen des  
Mannes, von Erbgut mitgegeben, oder bey ihrer bey-  
der Leben mit angeerbet wird, und was nach Absterben  
des einen Ehegatten bey dem überlebenden verbleibet.*  
*Non ergo omnia etiam jure Hamburgensi ad bona here-  
ditaria referuntur, quæ conjux superstes à conjugē de-  
functō accepit, sed quæ titulo dotis, donationis propter**

C nupti-

nuptias , aut portionis statutarie, defunctus conjux ex bonis , non adquisitis , sed hereditariis accepit.

§. XIV.

Supra §. VII. proposuimus casum , si quis bona emit ab eo, cui proxime successurus est : subjungimus nunc alium, si bona illi donata fuerunt , qui proximus est in successione . In materia venditionis factæ recte respondebat Meuius , bona vendita pro hereditariis habenda non esse , idque ex duplice ratione , (1) quia emtor ea non accipit titulo lucrativo , & (2) quia ea non habet titulo uniuersali , sed singulari . In præfenti autem casu bona donata hereditaria permanere adserit , loc. cit. num. 33. rationem subjungens , quod donatio facta videatur tamquam heredi , & qui aliquando habiturus sit , in anticipationem quasi hereditatis & successionis . Quemadmodum vero ipse Meuius adducit , quod nonnulli hac parte ab ipso dissentiant: ita & nos eorum opinionem præferandam esse existimamus , quoniam jus Lubeccense expresse loquitur von Erbgut , quod vocabulum ad res donatas non quadrat . Neque hic iterum connecti potest doctrina Meuii nostri . Ad hoc enim , ut bona pro hereditariis haberi possint & debeant , duo copulatiue requirebat , titulum scilicet lucrativum & deinde titulum uniuersalem . Jam quidem in eo emtio ab donatione recedit , quod emtio sit onerosus , donatio vero lucratius titulus ; sed vero in altero adhuc conueniunt , quod donatio perinde titulus singularis , uti quidem emtio bonorum est .

§. XVI.

In eo autem Meuius facile subscribimus , quando loc. cit. num. 43 & 44. adstruit , quod in eo casu , quando parentes libergs certis aliquibus bonis adsignatis a se separant ,

Wann

wann sie die Kinder von sich absondern, und gewisse  
Güter aussprechen, bona adsignata pro hereditariis habe-  
ri debeant. Eiusmodi enim bona in vicem hereditatis,  
cui tempore facta separationis & adsignationis renuncia-  
tur, succedunt, ideoque liberi intuitu horum bonorum  
eodem jure utuntur, quo alias in bonis hereditariis uti  
solent & communiter, Mutter-Erbe, vel Vater-Erbe  
adpellantur. Statuta Hamburgensia part. 3. tit. 1. art. 7. rem  
clare definit, referendo ad bona hereditaria, mit was  
Gute die Eltern ihre Kinder, oder die Freunde ihre näch-  
ste Erben, bey derselben Wollmacht berathen und aus-  
gesteuert haben.

## §. XVII.

De eo etiam casu disquirunt : utrum bona pro  
hereditariis reputanda sint, si quis eum in testamento here-  
dem scribit, qui testatori alias ab intestato successurus erat ?  
Ratio dubitandi est ex verbis statutorum, quæ semper  
eiusmodi hereditatis mentionem injiciunt, quæ alicui  
ab intestato defertur; verum recte se habet opinio Me-  
uiii loc. cit. n. 46. 47. quod hoc casu bona per testamen-  
tum relicta adhuc pro hereditariis haberri debeant. Ad-  
est scilicet primo titulus lucrativus & deinde etiam uni-  
uersalis, quæ duo requiruntur. Titulus heredis ex te-  
stamento hic nouum jus non tribuit & sic proprie non  
est nouus titulus. Duo quidem vincula fortius ligant:  
verum unum quoque sufficiens est illudque satis ligat.  
Ulpianus in l. i. §. 9. ff. si quis omis. caus. testam. non queri-  
mus, qui pratermissa causa testamenti ab intestato heredita-  
tem possideant, utrum jure legitimo (id est, ab intestato) possi-  
deant, nonno. Nam quoquo jure possideant hereditatem,  
vel partem ejus, coniuniri ex dicto poterunt: unique si nou-

*ex alia causa possideant, v. g. ex causa fideicommisi.* Ergo etiam non queritur, si quis acceptato testamento ex eo hereditatem possideat, utrum jure testamenti possideat, annon.

## §. XLIX.

Subjungenda nunc est alia bonorum diuisio. bona sunt vel *mobilia*, vel *immobilia*. Definitiones hic non adponemus, nam illæ notæ sunt. Hoc saltem monemus, quod quamvis jus Hamburgense & Lubecense in articulis adductis generaliter de bonis hereditariis solum loquatur, *Erbgut*; DD. tamen in eo conueniant, quod sub nomine bonorum hereditariorum non intelligantur mobilia, sed immobilia solum, Meu. loc. cit. num. 48. 49. 50. Praxis hoc confirmat. Ratio sine dubio est, ut per conseruationem bonorum immobilium dignitas familiarium eo melius conseruetur. Magis enim immobilia ad hanc dignitatem conseruandam faciunt, quam mobilia. Jus statutarium Luneburgense de hac re clare loquitur Gerichts-Ordn. part. 2. tit. 1. Es sind auch viele Handthierungen der Güter halber, darüber sie gepflogen werden, von Unkräften, also mögl. unbewegliche Stammgüter, oder die vor unbeweglich zu achten, und iemanden von seinen Vor-Eltern erblich angefallen sind, &c. Item part. 4. tit. 1. Es mag niemand von unseren Bürgern, oder Einwohnern, sein Stamm-Guth, so ihm vor seinen Vor-Eltern erblich angefallen, und unbeweglich, oder vor unbeweglich zu achten ist, adde jus Saxonica electorale const. 12. part. 2.

## §. XIX.

Quemadmodum jure ciuili communi quedam, quamvis naturaliter mobilia sint, juris tamen intellectu pro

pro immobilibus habentur: ita idem jure statutario Hamburgensi, Lubecensi & Luneburgensi obtinet. Accessoria quoque sequuntur naturam principis sui, v. ordinat. judic. Luneburg. modo citatam ibi: oder vor unbeweglich zu achten ist. De annuis redditibus, molendinis pneumaticis, sedilibus in ecclesia, & similibus, v. Meu. loc. cit. num. 71 seqq. Cothmann. vol. 3. conf. 12. num. 24. Evidens etiam est textus de immobilibus & ad immobilia pertinentibus in jur. Lubec. l. 1. tit. 10. art. 1. Stirbet jemand ein Haus, oder andere liegende Gründe und Erbe an von seinen Freunden, die mag er nicht verkauffen, &c. Lüneb. Gerichts-Ordin. pars. 2. tit. 2. vor unbeweglich Gut sind auch zu achten ewige, oder unwiederkäufliche Renten, Erb-Pfannen und Wissel-Gut auf den Sülzen.

### §. XX.

Præmissa haec tenus generali doctrina de conceptu & natura bonorum adquisitorum & hereditariorum: nunc ulterius de ipso diuerso jure horum bonorum dispcionem erit, quippe quod principale objectum dissertationis nostræ constituit. Separandum hic ante omnia est jus romanum, saxonicum, & deinde statutarium, uti Hamburgense, Lubecense, Luneburgense.

### §. XXI.

Juri Romano differentiam bonorum hereditariorum & adquisitorum incognitam esse, vulgo adserunt. Meius loc. cit. num. 5. tamen unam differentiam inter utrumque bonorum genus ex materia de separationibus adserit. Supponitur scilicet, defunctum maximo ari alieno obnoxium fuisse. Heres veligia defunctori sequitur & adhuc majus æs alienum contrahit. Creditores,

C 3

qui

qui defuncto crediderunt, separationem petuat bonorum hereditariorum, siue eorum, quæ defunctus ab auctore suo accepit, & ad hunc quidem finem, ut ex bonis illis hereditariis ipsis satisfiat. Reliqua, quæ heres aliunde adquisiuit, ipsis creditoribus, id est, qui ipsis fidem secuti sunt, relinquunt. Est hæc aliqua differentia, in cuius tamen expositione breuiores esse possumus, quoniam illa ex tit. ff. de separationibus satis nota esse videtur.

## §. XXII.

Addam ego adhuc alium casum ex jure romano. Disponitur in nou. 84. quod in eo casu, si frater moritur & defuncti fratres germani non adsunt, fratres istius defuncti consanguinei ea bona præcipua habeant, quæ defunctus à patre adquisuerat, uterini autem fratres ea, quæ idem defunctus à matre (& adscendentibus maternis, quod idem in priori casu obseruandum,) acceperat. Hæc dicere potes hereditaria. Quod aurem ea attinet, quæ aliunde frater defunctus adquisiuit: illa inter fratres consanguineos & uterinos æqualiter diuiduntur. Carpzovius p. 3. c. 14. d. 3. hoc uberior & perspicue explicat. Ait mox def. 4. testatur, jure saxonico fratres uterinos & consanguineos, ut & reliquos collaterales defuncto fratri & collaterali æqualiter succedere, absque distinctione, unde bona prouenerint, id est, utrum hereditaria, an vero adquisita fuerint. Textus hic pertinens est in conf. 14. p. 372.  
3. Wann einer stirbet, und läßt nach sich halbe Geschwister vom Vater an einem, und halbe Geschwister von der Mutter am andern Theil, so wird nach gemeinem Kaiserlichem Rechte ein Unterschied gemacht zwischen den Gütern, welche der Verstorbene von dem Vater, oder desselben Bluts-Freunden ererbte, und denen, so ih-

me

me von der Mutter, oder derselbigen Bluts-Verwandten zukommen seynd. (Addi etiam debuisset, oder, die er sonst erworben, oder erlanget hat.) Dieweil aber solcher Unterscheid zu Sachsen-Recht nicht gehalten wird, so wollen wir es dabey bleiben lassen, und sollen unsre Hoff-Gerichte, Juristen-Facultäten und Schöppenstühle disfals in unseren Landen nach Sächsischen Rechten erkennen und sprechen. Ergo jure saxonico nulla est differentia inter bona paterna & materna, & multo minus inter ea, quæ aliunde adquisita fuerunt.

### S. XXIII.

Videamus, an quoque differentia bonorum jure romano attendenda sit in eo casu, quando adscendentes ex diuersis lineis descendantibus succedunt, ita, ut v.g. auus paternus ea præcipua habeat, quæ defunctus nepos a patre adquisiuit, auus maternus vero illa, quæ ille nepos a matre accepit, (hæc erant hereditaria,) & ut in reliquis adquisitis æqualiter succedant. Quin in adquisitis æqualiter succedant, de eo nullum est dubium. Sed vero, quod hereditaria attinet, de iis ita Carpzouius p.3. c.1. d.2. sed quid, inquit ille, si pater, vel auus paternus, aut maternus, aliique adscendentes filiis, vel nepotibus succedant? et tum (ita Carpzouius sibi ipsi responderet,) bonorum distinctionem obseruandam esse, ita, ut patr, vel auus paternus solum in bonis paternis, vel ex linea paterna, mater vero & auus maternus in bonis maternis & ex linea materna quæfatis duntaxat succedat, communiter tradunt interpretes per text, in l. quod scitis 3. vers. Sin autem idem nepos. C. de bon. quæ liber. l. cum aliis. 4. C. de secund. nupt. §. a. vers. sanctum enim a nobis est. J. per duas person. cuique adquir. Johann. Schneidew. ad tit. j. de hered. quæ ab intest. deser. tis. de secund. ord. succed. n. 12. Pistor. obs.

obſi. n. 2. Anton. Tefſaur. deciſ. 27. num. 2. Jason in l. poſt  
dorēm 40. ff. ſolut. matrim. n. 106. ſeqq. Virg. Pingitz. quæſt.  
14. num. 19. Modeſt. Piftor. vol. 1. confi. 31. quæſt. 3. num. 39. Hoc  
que iſpum, addit Carpozouius, rationi naturali, quæ in  
primis in cauſarum decisionibus eſt iſpicienda, juxta  
Bald. in l. quoſies. 3. C. de ſuis & legit. num. 1. conueniens vi-  
detur, ut nempe bona ex linea paterna prouenientia ad  
adſcendentēs paterni generis, a matre vero, vel ex linea  
materna ad filium deuoluta, ad adſcendentēs materni  
generis reuertantur, diſ. §. 1. verſ. que enim inuidia eſt. I.  
per quas person. cuique adquir.

## §. XXIV.

Rationi naturali illam bonorum separationem con-  
uenientem eſſe, dixit quidem Carpozouius, ſed non pro-  
bavit. Textus quoque ab eo adduēti ad rem plane non  
pertinent. L. quod ſcitis. 3. C. de bon. quæ liber. diſponit,  
quod ſi mortuo nepote auus paternus cum patre concur-  
rat, bona nepotis, quæ ad iſpum ex matre, vel ab ejus linea  
peruenierint, non ad auum, ſed ad patrem ejus peruenire  
debeant. In l. 4. C. de ſecund. mupt. habetur, quod ex quo-  
cunque coniugio fuſcep̄ti filii patrum ſuorum ſponſali-  
ties facultates p̄cipuaſ retinere debeant. In §. 1. verſ.  
ſanctum enim a nobis eſt. I. per quas person. cuique adquir.  
diſponit, peculiū profectiū totū, aduentitiū  
vero quoad uſumfructū ad patrem pertinere. Nefcio,  
quid Carpozouio aliisque in mentem venerit, quod ejus-  
modi textus de rebus plane alienis loquentes probationis  
loco adduxerint.

## §. XXV.

Merito igitur amplectimur ſententiam contrariam,  
quod nempe inter adſcendentēs origo bonorum non fit  
attein-

attendenda. Rationes sufficientes adducit B. Strykius in tract. de success. ab intest. dissert. 2. c. 1. §. 21. (1) quia nou. 118. c. 2. vult, ut ex æquo dividatur hereditas, nulla originis bonorum mentione facta, (2) quia bona filio semel acquisita cum aliis consolidantur & proprium filii patrimonium fiunt, l. 10. §. 2. ff. de vulg. & pupill. substit. ut sic, quæ semel confusa, iterum separationem non admittant. (3) nec proximus gradu inter parentes remotiorem excluderet, si origo bonorum attendenda, (quod tamen requirit imperator in d. nou. 118.) & si filius præter bona paterna nihil haberet, annus paternus solus succederet exclusa matre, quod sine dubio contra mentem Justiniani. Et hæc sententia etiam communis & in camera imperiali recepta est, prout b. Vir loc. cit. fusiis probat. Imo in ipsa Saxonia obseruatur, prout testatur Carpzovius d. p. 3. c. 14. def. 5.

### §. XXVI.

Jure saxonico bona hereditaria auta donarion pos-  
sunt absque consensu heredum & extra judicium, Land R.  
L. 1. art. 52. ohne der Erben Laube und ungericht mag  
kein Mann sein eigen, noch seine Leut vergeben. = Ver-  
giebt ers wider Recht on der Erben Urlaub, die Erben  
unterwinden sich es mit rechtem Urteil, als ob der tod  
wäre, der es gab, oder, als ob ers nicht geben het ge-  
mocht. Jus saxonum electorale hoc de avitis immo-  
bilibus explicat p. 2. const. 12. v. locum supra §. V. deinde  
ibidem sequitur: zum andern ist ferner darauf wol acht-  
ung zu haben, daß der Text redet von Vergabeung der  
Güter, derowegen soll unsrer verordneten Bedenkeln  
nach auch das Wort: Erben/ nicht auf alle Erben,  
sondern allein auf die descendentes zu restringiren seyn.

D

Wie

Wie dann aus eben diesen Ursachen das Sachsen-Recht, so von unbeweglichen Gütern redet, auf die beweglichen nicht zu erstrecken. Hæc de donationibus inter viuos sunt intelligenda, mox enim subjuguntur: es solle einem ieden frey stehen, sonst solcher Güter halber Testamenta und andere beständige letzte willen aufzurichten, welchen auch strack's nachzusehen, nec non porro, daß ein ieder Macht habe, solche Güter einem seiner Kinder für den anderen in donatione inter viuos jedoch saluare legitima zuzuwenden.

### §. XXVII.

Venditio itaque bonorum hereditariorum aucterum in saxonie prohibita quidem non est, interim tamen descendantibus jus retractus competit, modo resignatio judicialis nondum facta, Carpzou. p. 2. c. 31. def. 13 & 14. fratres vero & collaterales in electoratu saxonie hoc jure non gaudent, Id. loc. cit. def. n. Alibi jus retractus etiam intuitu nouiter adquisitorum obtinet, quoties statuta generaliter loquuntur, ad quorum verba & usum receptum respiciendum est, B. Stryk. de success. ad intest. diff. 6. c. 1. §. 23. cuius exemplum in Thuringia, Struu. Jurp. Rom. germ. for. l. 3. tit. n. §. 34. Sagittar. antiqu. ducat. Thuring. l. 4. c. 7. §. 5. Dn. Praeses doctrin. ff. tit. de contrah. emt. §. 21.

### §. XXIX.

Antequam ad jura statutaria, Hamburgensia, aliaque progredimur, una quæstio adhuc tangenda erit, cuius supra oblii sumus. Quæritur: an in dubio bona hereditaria, an vero adquisita presumantur? nonnulli ea in dubio pro auitis potius & hereditariis, quam pro adquisitis habenda esse censem, inter quos est Dan. Möll. r. ad conf. eleq.

*elect. fax. 12. p. 2. Berlich. p. 2. concl. 13. num. 7. & hos secutus Carpzou. p. 2. c. 12. def. 1. ratio tamen, quam reddunt, meo quidem judicio admodum misera est. Comparanda esse dicunt bona avita cum bonis feudalibus, quorum conditionem imitantur, gloss. lat. ad text. germ. art. 52. lit. a & b. lib. 1. Land M. de feudis vero dici, quod probatio incumbat ei, qui feudum dicit esse nouum, unde intelligatur, in dubio antiquum, vel paternum præsumi.*

### §. XXIX.

Sed vero præsumtio illa intuitu feudorum ne quidem fundamentum habet. Scilicet in textibus 2. F. 11. 15 & 26. pr. dicitur quidem, quod in dubio feudum paternum præsumatur; verum 1. F. 12. & 2. F. 33. §. 2. eo respiciendum esse dicitur, quis possideat, ut adeo antinomia inter hos textus adsit. Imo, ipse compilator 2. F. 11. in f. dicit: *sed scio aliter pronunciatum esse*, quod nempe feudum non præsumatur paternum. Unde DD. dicunt, pro posseflore pronunciari debere in dubio, quia par causa adest, & qualitas hereditaria æque facti est, quam noua adquisitio. Quod si neuter ex litigantibus possideat, uterque intentionem suam probabit contra tertium, & alter actoris, alter vero interuenientis personam sustinebit, B. Beierus *delineat. iur. feud. c. 2. pos. 31. seqq.* quam sententiam quoque in recentioribus editionibus amplexus est B. Strykius *in exam. iur. feud. c. 3 qu. 22. vers.imo commodiū dici posset.* Deinde, posito etiam quod omne feudum in dubio hereditarium & antiquum præsumatur; adhuc tamen de fundamento nondum constat, ex quo argumentum firmum a feudis hereditariis ad bona hereditaria allodialia, & sic a diuersis ad diuersa deduci possit.

## §. XXX.

Præferenda itaque erit opinio Meuii *ad ius Lubec. l. 1. tit. 10. art. 6. num. 59 & 60*, quod nempe bona in dubio adquisita potius censeantur, quam hereditaria. Qui enim bona alienat, is eadem haec tenus possidet, & ergo, qui adserit, ipsi potestatem alienandi non competere, hoc probare adstringitur. Refert huc Meuius verba juris Lubecensis *d. 1. alles ist nach Lübischen Recht wogewonnen Gut, was kein Erbgut ist, id est, omnia adquisita censemur, nisi hereditaria probentur.* Pertinet huc quoque altera ratio, eam interpretationem in dubio capiendam esse, quæ possessori minus onerosa est, minusque arbitrium disponendi, quod natura indulget, restringit. Statuta Hamburgensia *part. 3 tit. 1. art. 6. huc etiam collimant, & declarationi possessoris rem relinquunt, cui standum, nisi probetur contrarium.* Und damit das Erbgut bei den rechten Erben bleibe, so soll ein teglicher auf seine letzte Stunde des Todes nehmen, was und wie viel er von Erbgut empfangen hat, es wäre dann, daß man könne beweisen mit Gerichte und Rath der Stadt, daß solch Erbgut mit Rechte wäre gefordert und erworben. Sane, qui liberam disponendi facultatem sibi competere adserit: is in regula juris communis sese fundat; qui vero restrictionem hujus facultatis adlegat, iste hanc suam exceptionem a regula probare obstringitur. Eo enim jure semper utimur.

## §. XXXI.

Ceterum, quod rem ipsam attinet, jure statutario *de bonis adquisitis libera disponendi facultas, perinde, ut de jure communii, manet.* Satuta Hamburgensia *d. 1. art. 4.* Ferner mag ein teglicher, er sey gesund, oder franc, doch

doch bey guter ungeschwächter Vernunft, in seinem Testament, welches er obgesetzter massen verordnet, seine wolgewonnene Güter / nach abziehung der Schulden, hingeben, oder wenden, wie und welchem er will, ohne einigen Einspruch, oder Hinderung, salua tamen liberorum legitima, Stat. Hamb. part. 3. tit. 1. art. 23. jus Lubecense l. i. tit. 10. art. 3. Hat ein Mann wolgewonnen Gut, es sey liegende Gründe, oder stehende Erbe, welches ihm in dem obrißten Stadt-Buch als erkaufst Gut zu geschrieben sthet, der mag damit seines gefallens gebahren, nicht anders, als mit seiner fahrenden Haabe, doch so ferne er zu Wege und und Stege gehet, und seiner Sinne und Gliedmaß mächtig ist, nach Lübischen Rechte.

### §. XXXII.

Ergo potestas & inter viuos & per ultimam voluntatem disponendi intuitu horum bonorum salua est. Jus quidem Hamburgense de facultate testandi solum loquebatur; interim tamen & Hamburgi bona adquisita inter viuos alienare licet, quia ejusmodi alienatio nullibi prohibita. Interim semper supponitur, quod testator mentis compos fuerit. Peculiarem locum hoc pertinentem ex specialiori statuto Lubecensi, Vogtrey Rechten, adhuc adducit Meu. l. i. tit. 10. art. 3. num. 14. Wann ein Mann so redlich ist seiner Sinne, und mächtig seiner Glieder, daß er ein Mark-Pfund Löthiaes Goldes haben und bören kan, von einer Stete uff die andere, so mag er sein wolgewonnen Gut geben, wen er will. Salua integritate mentis morbus alienationi non officit. Jure saxonicō quondam ægrotantes donare non poterant, uti colligunt

gunt ex textu Land-Recht, l. i. art. 52. verum & in Saxonia  
hodie aliter obseruari testantur DD. Richter p. 1. de cij. 22.  
num. 44. & 45. Schilter prax. jur. rem. exerc. 42. §. 15. & 16.  
Stryk. us. modern. ff. iit. de donationibus §. 15.

### §. XXXIII.

Jus statutarium ciuitatis Luneburgensis intuitu bonorum adquisitorum liberam disponendi facultatem non minus, ac Hamburgense & Lubecense, permittit. Statut. Luneburg. art. 10. Hatte aber ein Mann Erbgut gekauft, damit möchte er thun, was er wolte. Sub vocabulo rei emta, gekauft, hic omnia bona adquisita sine dubio intelliguntur, siue ex donatione, permutatione, siue alio titulo quoconque ea quis acceperit. Haec tenus ergo jura statutaria recensita cum regula conueniunt, quam habemus in l. 21. C. mandat. quod quisque suæ rei moderator atque arbiter sit.

### §. XXXIV.

Oritur vero hic quæstio: annon intuitu adquisitorum proximi cognati jure protimiseos gaudeant, quando illa a posse-  
sore in extraneum transferuntur & alienantur? Nos supra  
§. XXVII. jam diximus, quod plerumque etiam intuitu nouiter adquisitorum illi protimiseos juri locus sit, quoties verba statutorum generaliter loquuntur. Statuta Hamburgenia p. 2. tit. 8. art. 3. cum hac doctrina conueniunt, ita enim ibi: Wer sein Erbe, es sey Brau- oder Wohn-Haus, so er geerbet, befreyet, oder auch mit seinem wollgewonnenen Gelde an sich gebracht, verkaufen will, der soll es zuförderst durch zween erbgesessene Bürgere den beyden seiner nächsten Freunde, dar sein Gut gussfallen mag, anpräsentiren, und wann die es nicht

nicht begehrten, denen verkauffen, so das meiste dafür geben wollen.

### §. XXXV.

In iure Lubecensi l. 3. tit. 7. art. 1. eodem fere modo disponitur. Wer frey Erb-Gut, oder liegende Gründe verkauffen will, der soll sie vor allen Dingen anbieten den nechsten Erben durch zweene besessene Bürger ob sie das annehmen wollen vor den Preis, was andere darumb geben, wollen sie solches nicht thun, so mag er das Gut so theuer, als er kan, verkauffen, wem er will, ohne alle Gefahr, dem Rentener vorbehalten seine Gerechtigkeit, wo Rente in dem Erb-Gut seyn, deime es für allen andern muss angebothen werden. Interim tamē Cothmannus vol. 1. conf. 40. & qui hunc sequitur, Meuius ad jus Lub. d. l. 3. tit. 7. art. 1. num. 7. seqq. jure Lubecensi intuitu bonorum acquisitorum juri protimiseos locum non esse existimat. Probare hanc adscriptionem nititur diuersis argumentis. Primo prouocat ad juris Lubecensis l. 1. tit. 10. art. 3. quem locum jam in §. XXXI. excerptimus. Deinde addit d. l. 1. tit. 9. art. 2. Wer da will sein wollgewonnen Gut vergeben, der muss zuvorn seinen nehesten Erben geben 8. Schilling, 4. Pfennig, wann er auch liegende Gründe und stehende Erbe mit seinem wollgewonnenen Gut erkaufft hätte, die mag er auch vorgeben, entweder vor Rathmännern, oder in seinem Testamente, so ferne er so mächtig ist, als dieser Stadt Recht mit sich bringet: er thue nun solches, auf welche Art er wolle, so soll es kräftig und beständig seyn. His nihil manifestius dici potuisse censet. Quamuis vero in cit. art. 1. l. 3. tit. 7. dicatur, frey Erb-Gut, oder liegende Gründe, & sic forsitan quis sibi persuadere posset, ac si fundi, liegende Grün-

Gründe, bonis hereditariis, dem freyen Erbgut, opponantur, in utroque vero bonorum genere in dicto textu jus protimiseos concedatur; hoc tamen non obstat putat Meuius, quoniam particula oder, seu aut, non semper disjunctive, sed plerumque conjunctive, seu explicative accipitur, *l. sepe s. ff. de V. S.* ut adeo ex ipsius mente vocabula Erbgut & liegende Gründe synonyma sint, præcipue cum in fine dicti articuli bonorum hereditariorum solummodo mentio fiat, *Wo Rente in dem Erbgut seyn.* Addit adhuc Meuius, quod in jure Lubeccenti sæpe per verba liegende, oder stehende Erbe, bona hereditaria indigitentur, in quem finem citat *l. i. tit. 5. art. 9. & lib. 3. tit. 13. art. un.*

### §. XXXVI.

Si praxis Lubecæ opinionem Meuii confirmat, ego non refragabor; interim tamen ille de praxi nihil subjugit, & quantum ad principia interpretandi attinet, ego argumenta Meuii admodum dubia esse existimo. Primo ipse ait in commentario suo ad *jus Lub. l. i. tit. 10. art. 4. num. 9.* Hamburgense statutum ut declaratorium nostri juris accipio & in aliis multis articulis adhibeo, cum videam, id in plerisque imitari nostram nomothesiam, ut taceam, quod Statuta ex vicinorum locorum jure interpretanda sint, *l. de quibus. ff. de LL. Crauetta conf. usg. num. 3. Cothmann. vol. 1. conf. 40. n. 55.* imo in controuersia loc. cit. a Mevio proposita ille opinionem suam sententiæ D. Steinwigii propterea prefert, quia ipsius opinionem statutum Hamburgense confirmauerat. L quor jam ex hypothesi. Statutum Hamburgense sententiam, quod in bonis adquisitis juri protimiseos locus detur, confirmat, v. textum in §. XXXIV. adductum, ergo hæc sententia

tia opinioni Meuii est præferenda, quia Hamburgense statutum est declaratorium juris Lubecensis, & jus Lubecense ex vicinorum locorum jure est explicandum. Ita enim ratiocinatur Meuius. Porro, ut de rationibus Meuii in §. præced. adductis dispiciamus, locus ex jure Lubecensi l. 1. tit. 10. art. 3. nihil plane probat. Dicitur ibi de bonis adquisitis: *Der mag damit seines Gefallens gehöhren, nicht anders, als mit seiner fahrenden Haabe,* ergo, infert Meuius, juri protimiseos non datur locus. Quæ consequentia? argumentum æque elumbē est, ac si argumentarer: quilibet rerum suarum moderator est atque arbiter, ergo nullorum bonorum intuitu datur jus protimiseos, siue retractus, aut, Titius liberam bonorum suorum habet administrationem, (qualem regulariter quilibet dominus habet,) ergo si Titius bona alienat, nemō jus retractus exercere potest. Scopæ dissolutæ.

## §. XXXVII.

Locus ex l. 1. tit. 9. art. 2. iterum hoc non quadrat, quoniam de donatione bonorum adquisitorum loquitur, juri protimis vero nunquam locus datur, quoties bona titulo donationis in alium transferuntur, Reinking de retract. gentil. qu. 4. n. 93. Struu. Ipr. Rom. germ. for. l. 3. tit. n. §. 36. Porro, concedam quidem, quod particula *oder*, siue *aut*, interdum copulatiue, seu explicatiue accipiatur; sed vero hoc in dubio præsumendum non est, sed potius, quod illa particula alternatiue, siue aduersatiue etiam capiatur, v. Joh. Strauchius in *lexic. particul. jur. voc. aus.* quod etiam hic obtinebit, quoniam euidens ratio non adest, ob quam à proprio particula illius significatu recedi debeat. Nec obstat, quod in fine citati l. 3. tit. 7. art. 1. bonorum hereditiarum solummodo men-

E tio

tio injiciatur; hæc enim verba finalia ex antecedentibus interpretationem capiunt, in quibus & hereditariorum, frey Erbgut, & adquisitorum, liegende Gründen, mentio fiebat. Tandem, posito, quod eriam in jure Lubecensi per verba liegende, oder sichende Erbe, bona hereditaria intelligantur, exinde tamen non sequitur, quod semper intelligi debeant. Imo in cit. l. 3. tit. 7. art. 1. non dicitur liegend Erbe, sed primo frey Erbe & deinde liegende Gründe.

### §. XXXVIII.

Unus casus ex statutis Hamburgensibus adhuc notandus est & quidem ex p. 3. tit. 1. art. 14. quando uxor de bonis adquisitis in favorem mariti disponit. Was eine Frau gibt von ihrem gewonnenen Gut durch ihren Ehemann, als ihren rechten Vormund, ohne Erlaubnis der Erben, das soll man entrichten aus dem sammenden Gut vor allem Theile. Beschehe es auch mit der Erben Erlaubnis, so mag man solche Gabe ausrichten vom Anttheile der Erben, die ihr auch nicht mögen weigern ziemliche Gaben, doch nicht über den dritten Theil ihrem Manne zu thun, von solchen wollgewonnenen Gütern; wolte sie aber ihr ganze Anttheil der erworbenen Güter ihrem Manne die Zeit seines Lebens zu gebrauchen geben, soll er gnugsame Versicherung thun, solche Güter nach seinem Tod den rechten Erben unverringert wieder zustellen zu lassen.

### §. XXXIX.

Hæc de bonis adquisitis. Videamus nunc de restricta alienandi potestate intuitu bonorum hereditariorum. Statuta Hamburgensia d. p. 3. tit. 1. art. 4. ita loquuntur: Von Erbgut ist niemand, vermüge dieser Stadt Recht, ohne

vhne seiner nächsten Erben Erlaubnis, oder Bewilligung, zu testiren bemächtiget, sondern dasselbe seinen rechten Erben ungeschmälert zu lassen schuldig. Hic locus de alienatione quidem, quæ per testamentum sit, solum loquitur; interim tamen alius locus, quem jam supra §. XXXIV. excerptimus, ostendit, quod etiam alienatio inter viuos eodem modo sine consensu heredum prohibita sit.

## §. XL.

Verba juris Lubecensis hæc sunt *l. tit. 10. art. 6.* Solch Erbgut mag man ohne der Erben Erlaubnis nicht alieniren, es erforderete denn solches die euferste ehehaffte Noth. Dem nun das Erbgut zugehört, muß bey seinem Ende erhalten, (nempe in hoc casu necessitatis,) daß er sonst kein ander Gut habe, darzu er greissen könne. Wann solches geschicht, so haben die nehesten Erben den Kauf daran, wann sie wollen, doch vor so viel Geld, als fremde dafür geben wollen.

## §. XLI.

Jus statutarium ciuitatis Luneburgensis eodem modo disponit. Statuta Luneburgensia *art. 10.* Es mag auch kein Mann der kein Kind hat, sein Erbgut, das ihm geerbet ist, lassen, er thue es denn mit Willen seiner rechten Erben, oder möge solche Noth beweisen, daß ihm behülflich sey. Lüneb. Gerichts-Ordnung *part. 2. tit. 1.* Es sind auch viele Handthierungen der Güter halber, darüber sie geslogen werden, von Unkräften. Also mögen unbewegliche Stamm-Güter, oder die vor unbeweglich zu achten, und jemanden von seinen Vor-Eltern erblich angefallen sind, ohne Erlaubnis der nächsten Erben, so die Anwartsung ohne Mittel daran haben, nicht

verkauffet, veräußert, noch aufgelassen werden. Item  
 part. 4. tit. 1. Es mag niemand von unsern Bürgern, oder  
 Einwohnern, sein Stammgut, so ihm von seinen Vor-  
 Eltern erblich angefallen u. unbeweglich, oder vor unbe-  
 weglich zu achten ist noch einige Nutzbarkeit davon, so we-  
 nig in seinem letzten vertestiren, oder vermachten, oder  
 um im Todes-Fall geben, als wenig er daselbige bey leben-  
 digem Leibe auflassen kan, ohne Erlaubnis der nächsten  
 Erben, die Umlaufung ohne mittel daran haben. Adhuc  
 ulterius part. 6. tit. 5. in fin. Erbgut heisst nach unserm  
 Stadt-Recht, so jemand von Vater, oder Groß-Vater,  
 oder andern Ober-Eltern erfallsweise angestorben  
 ist, welches auch derowegen weder bey lebendigem Leibe,  
 noch Testaments-weise ohne Erlaub des nächsten bis in  
 das dritte Glied einschließlich aufwärts, oder abwärts,  
 oder von der Seiten herwärts verwandten Erben, ver-  
 äußert, noch vergeben werden kan.

## §. XLII.

Notandum hic est quoad statuta Luneburgensia cit.  
 art. 10. quod illa solum loquuntur de eo, qui liberos non  
 habet, verb. es mag auch kein Mann, der kein Kind hat.  
 Ergo si liberos habet, alienare potest. Et hoc confirmat  
 textus der Lüneburg. Gerichts-Ordnung part. 2. tit. 1. ibi:  
 dadurch doch dem beerbeten Mann unbenommen ist,  
 mit allen seinen und seines Eheweibes Gütern nichts  
 ausgeschieden, so lange sie lebet, und er einiges Kind in  
 den gewehren hat, zuthun, was er will, daß ihm sein  
 Weib und Kinder nicht wehren mögen. Sed quomodo  
 haec coherent cum illis, quæ habentur in d. ordinat. judic.  
 part. 6. tit. 5. in fin. ubi habetur, quod bona alienata reuo-  
 care possint omnes heredes, siue sint adscendentes, siue  
 de-

descendentes, sive collaterales, auffwärts, oder abwärts, oder von der Seiten herwärts Verwandte; respondendum esse videtur, quod inter liberos sub patria potestate existentes & emancipatos sit distinguendum. Pater, qui liberos sub potestate habet, alienare potest, verb. und ex einiges Kind in den Gewehren hat, non vero ille, qui liberos jam ex patria potestate dimisit. Et hoc etiam facit rubrica statutor. Luneburg. art. 10. (prout eam adducit Hardewigus à Dassel, nam ipsum textum integrum non habemus, sed saltem excerpta,) wie ein Mann mit alle seinem Gut thun mag, was er will, so lange sein Weib lebet, und einiges Kind in den Gewehren hat.

## §. XLIII.

Quod jus Hamburgense attinet, jam ante §. XXXIX. & XL. diximus, quod alienatio & per modum testamenti & inter viuos intuitu bonorum hereditariorum prohibita sit. Queritur, quid de iure statutario ciuitatis Luneburgensis obtineat? Hardewigus à Dassel *in comment. ad d. art. 10. Statut. Luneb. voc. Lassen*, hoc verbum lassen, accipi putat pro aufflassen, hoc est, sich seines am Gut habenden Rechts vorziehen, und dem Käuffer das Gut tradiren. Mox additur, hoc vulgo restringi a Doctoribus (quos nos quidem non nouimus,) ut tantum accipiatur verbum illud lassen de donatione inter viuos, non vero de donatione, que fit moris causa, multo minus de testamento, quia verba contractuum, ut sunt, lassen, übergeben, non pertinent ad jus testandi. Quemadmodum vero hoc in se adhuc valde dubium est, & I. 20. ff. de V. S. verba contraxerunt, gesserunt, non pertinent ad testandi jus, ad quam prouocat Dasselius, huc plane non quadrat: ita quoque idem Dasselius deinde num. 10. & num. 12. verb. das

ihinc gerbet isti, lassen, testatur, Luneburgi pronunciari, & laepius quidem, quod bona auta nec testamento extraneis, vel remotioribus consanguineis dari possint. Et ergo hactenus mores Luneburgenium cum Hamburgenium & Lubecensium moribus conueniunt.

## §. XLIV.

Alienatio itaque contra tenorem statutorum susceppta nulla est & res alienata vindicari potest, v. l. 5. C. de LL. Hanc vindicationem proximus heres non demum mortuo alienante, sed mox post factam alienationem instituit, perinde, ut eo casu, quando bona fideicommissa familia subjecta ex libera voluntate alienantur, v. l. 69. §. 1. ff. de legat. 2. Vindicans ad restitutionem pretii non tenetur, sed emtor illud ab alienante repetere debet, quippe qui ipsi ad euictionem praestandam obligatus est. Concedit hoc Meuius d. l. 1. sit. 10. art. 6. n. 92. juxta strictam juris rationem, sed hanc contraria dominii & bonam accipientis fidem praxim forensem non aquae recepisse addit, que tam paululum obscura mihi videntur. Sane, si vindicans pretium possessori restituere teneretur, inter hanc rei vindicationem & actionem ex jure retractus nulla differentia remaneret.

## §. XLV.

Quæritur hic: utrum ipse alienans rem alienasam iterum vindicare queat? existimat hoc Meuius loc. cit. n. 83. & 92. itatamen, ut alienans pretium acceptum emtori restituat. Rationes Meuius non adfert, sed ad Tiraquellum de retract. lignager. §. 26. gloss. 2. num. 6. prouocat. Hic adducit probationis loco l quemadmodum 7. C. de agricol. & censis. & colonis. l. nec nos 4. C. de postlim. reuers. & l. cum miles. II. ff. de alienat. jud. mut. can. verum hi textus parum ad rem faciunt. In l. 7. C. de agricol. habetur qui-

quidem, quod is, qui rusticos censitosque seruos contra legem absque terra vendidit, eos iterum vindicare queat; sed vero ex hac lege speciali regula uniuersalis deduci non potest. In l. 4. C. de postlimin. reuers. dicitur, hereditatem captiui non posse prius adiri, quam constat, captiuum illum mortuum esse. Quid hoc ad nos? Denique l. u. ff. de alienat. jud. mut. cauf. disponit, quod dominus experiri queat, in casu, si iudicij mutandi causa militi aliquid donavit. Hoc iterum non quadrat.

### §. XLVI.

Ego quidem Meuii opinioni subscribere non possum. Satis clare enim Ulpianus in l. 17. ff. de euict. vindicantem venditorem, iacuit, rem, quam ipse vendidit, exceptione dolii posse submoueri, nemini dubium est, quamvis alio jure dominum quæserit: improbe enim rem a se distractam euincere conatur. Scilicet, si vendor rem emtori euincere vult, emtor a venditore euictionis præstationem urget eique exceptionem rei venditæ & traditæ opponit, tot. tit. ff. de except. reivend. & trad. Et quoniam re restituta & euicta ad euictionis præstationem agere emtori permittitur, eo magis certe venditorem euincitatem per dictam exceptionem repellere poterit, v. Brunnem. ad l. 17. ff. de euict. num. 1. Imo, ipse Tiraquellus, cuius autoritate præcipue nitebatur Meuius, alibi, in eodem tamen tractatu de retractu, §. 1. gloss. n. 35. nostræ opinioni ex additis modo causis accedit.

### §. XLVII.

Quoniam juxta §. XLIV. bona hereditaria de facto alienata proximus heres vindicare potest; hinc quæstionem mouent: utrum illis jus vindicandi solum concedatur, qui sunt ex primi acquirentis stipite, an vero proximiiori herere-

heredi, qui ex isto stipite non est oriundus? Meuius d. l. i.  
tit. 10. art. 6. n. 84. seqq. hunc casum ponit: Posset quis bona ab aucto paterno prouenientia eaque deinde alienauit. Adest alienantis patruus magnus & deinde etiam matertera, & quoniam matertera gradu proximior est, huic jus vindicandi competit, quamvis alienantis patruus magnus & aius proxime ex eodem stipite sint. Proximitas enim ratione stipitis non attenditur, sed unice intuitu alienantis, unde etiam non nocet, quamvis aliquis a stipite plane alienus sit, nec interest, utrum quis ex linea paterna, vel materna sit, indistincte enim proximorum heredum, der nähesten Erben, mentio injicitur & sic etiam liberi a patre alienata reuocant, conf. Tiraquell de retractu lignager. §. 13. & 14. Ad certos etiam gradus jure Hamburgensi & Lubecensi hoc jus vindicandi non est restrictum, sed datur etiam illi, qui v. g. in sexto, vel septimo gradu defunctum attingit, modo proximior non adsit. Jure Lüneburgensi vero ad tertium gradum illud jus est restrictum. Lüneb. Gerichts-Ordn. p. 6. tit. 5. in f. welches auch derowegen weder bey lebendigen Leibe, noch Testamentsweise, ohne Erlaubnis des nächsten bis in das dritte glied einschließlich ausswerts, oder abwerts, oder von der Seiten herwerts verwandten Erben veräußert, noch vergeben werden kan.

## §. XLIX.

Sed quid, si plures heredes eaque proximi adsin? Placent hic, quæ Meuius in materia de retractu habet ad jus Lub. l. 3. tit. 7. art. 1. n. 42. seqq. Quod nempe in eo casu, si res vendita facile & commode diuidi potest, omnes pro rata admittantur: in altero autem casu, si diuisionem commode non recipit, præventioni locus detur, & porro,

ro, si omnes simul in vindicatione bonorum alienatorum concurrant, res per fortē sit dirimenda, add. Tiraquell, de retract. § 11. gloss. 10, num. 1. seqq. Quod si alienans rem hereditariam in unum ex pluribus æque proximis transferat, reliquis jus vindicandi non competere videtur, quoniam res nec ad extraneum, nec ad remotiorem cognatum peruenit, & penes venditorem esse videtur, cui ex cognatis pluribus æquo pretio rem vendere velit, prout in materia juris retractus loquitur Struu. Jurispr. Rom. germ. for. l. 3. tit. 11. §. 33. alias vero, si res in remotiorem translata, proximiōri sine dubio jus vindicandi competit.

## §. XLIX.

In casu adducto argumentum a jure retractus ad jus vindicandi bona hereditaria alienata admitti poterat. Non vero alio intuitu. Scilicet in materia juris retractus successorio edicto locus datur, prout notum, id est, si proximiores juri suo renunciant, sequentes heredes admittuntur. Ast vero in casu bonorum hereditariorum alienatorum, si proximus consensit & juri vindicandi renunciauit, sequentibus illud jus neutiquam competit, Meu. l. 1. tit. 10. art. 6. n. 101. seqq. Si vero unus ex æque proximis consentit: reliquis jus vindicandi saluum manere certum est.

## §. L.

Succedit quæstio de liberis separatis, sine emancipatis, quales Lubeca & Hamburgi dantur, utrum scilicet horum quoque consensus desideretur, si pater bona hereditaria alienat? responderetur negatiue, quia ejusmodi separati liberi a successione parentum excluduntur & per consequens sub nomine der nächsten Erben non ve- niunt, Meu. d. l. n. 102. seqq. Adponam locum hic pertinen-

nentem ex statutis Hamburgenibus *part. 3. tit. 3. art. 2.*  
 Wann Kinder durch ihre Eltern mit gewissem Gute  
 ausgesteuert und sie sammt zween ihrer nächsten Freun-  
 den damit zur Zeit ihrer Ehelichung friedlich ; können  
 sie ferner mit andern ihren Brüdern und Geschwistern in  
 Vater- oder mütterlichen Güthern nicht erben, es sey daß,  
 daß es anders verabschiedet und beredet worden.

## §. LI.

Consensus heredum proximorum in alienationem  
 facti est & hinc ab adlegante probari debet. In dubio et-  
 iam nemo juri suo renunciae censemur. Sola itaque  
 scientia, quod cognatus bona hereditaria alienet, non in-  
 ductit renuntiationem, sed tacuisse censemur proximus a-  
 gnatus salvo jure suo. Nec, prout vult Meu. d. l. n. 109.  
 consensus inde arguitur, si quis proximo heredi rem e-  
 mendam obtulit, is vero emere nolit, post factam enim a-  
 lienationem rem sine refusione pretii reuocare potest,  
 v. supra §. XLIV. Sed quid, si quis contractui subscriperit?  
 Meuius d. l. n. 107. existimat, quod exinde de con-  
 sensu proximi heredis satis constet; mihi vero magis sese  
 probat sententia aliorum in quæstione de consensu agna-  
 torum in alienationem bonorum feudalium, quod nempe  
 agnatus ut testis contractui subscriptissime præsumatur &  
 clausula salvo jure subintelligatur, Struu. S. I. F. c. 13. apb. 19.  
 num 1. Anton. disp. feud. 10. th. 6. lit. b. Stryk. exam. jur.  
 feud. c. 20. n. 17. nisi forsitan contractui insertum fuerit,  
 quod proximus heres in alienationem consenserit & ille  
 subscripterit, tunc enim res non amplius esset dubia.  
 Quod si alienans consensum proximi heridis expresse  
 expetat, hic vero non contradicat: consensum interpo-  
 suisce censemur, quo pertinet textus in jure Lubecensi l. 1.

tit.

tit. 9. art. 5. Wann ein Bürger, oder Einwohner, frank, oder gesund, etwas von seinem Erbgute vorgeben will, der soll seinen nehesten Erben, auf welchen das Gut nach seinem Tode fallen möchte, zu sich bescheiden, ihnen dasjenige, was er vorschenden, und wem er will, nahmkündig machen, sie darum fragen, ob es ihnen auch zuwider: alsdenn soll der Erbe, dem es zuwieder, wiedersechten, und nicht stille schweigen, geschehe solches nicht, so ist die Gabe kräftig: es wäre dann, daß unter den Erben Unmündige, oder Frauenspersonen wären, die mögen sich erklären, daß sie solches erßlich mit ihren Vormündern bereden wollen. Ejusmodi quippe personis & alias in jure sàepè succurritur. Statuta Hamburg. p. 3. tit. i art. 10. ita disponunt: Wofern nun jemand von Erbgut testieren, oder dasselb auf seinen Tods Fall vergeben wolte, und der nechste Erbe, darauf solch Gut von Rechts wegen fallen möchte, dasselb vor dem Rath, oder zwei Personen, so von des Raths wegen dazu gesandt, bewilligen und vollbordten würde, soll solche Testamantliche Verordnungen, oder Gabe stet bleiben, so aber derjenige, der das bevollbordet, vor dem Testatore verstürbe, ist alsdann dieselbe Gabe von keinen Würden (quia consentiens de hoc casu non cogitauit.) Jedoch mag solch eine Gabe kein unmündig Mensch geben, oder bevollborden ohne Vormund. De diuisione honorum hereditariorum art. seq. u. agitur.

## §. LII.

Quæritur: *an heres proximus, cui, si alienationi non consenit, jus vindicandi competit, jus suum alteri cedere possit?* negamus, siue cedat plane extraneo, siue remoti cognato. Hoc enim jus ex speciali legis dispositione

F 2

pro-

proueniens proximo cognato intuitu certæ qualitatis, scilicet proximitatis, datur, & ergo, in quounque non deprehenditur eadem qualitas, in eum quoque non potest fieri juris singularis translatio. Quodsi nihilominus de facto jus suum cessit proximus, nec cedens eo amplius uti potest, nec cessionarius effectum cessionis sentit, & ita communiter etiam in materia retractus ex jure sanguinis concludere solent DD. v. Tiraquell, *de retract. lign.* §. 26. gloss. 2. ubi quidem num. 1. statuit, quod jus retractus alteri consanguineo cedi possit; verum nos jam in §. XLIX. monimus, ratione successorii editi a jure retractus ad praesens jus vindicandi non valere consequentiam.

## §. LIII.

Pergimus ad alia. Meuius Hamburgi, vel Lubecæ, domicilium suum constituit, possidet vero bona immobilia hereditaria in alieno territorio, in quo diuersum jus intuitu adquisitorum & hereditariorum bonorum non obtinet. Hamburgi de illis bonis vel inter viuos, vel per modum ultimæ voluntatis disponere vult, queritur: an valide possit? adfirmatur, quia intuitu immobilium non respicitur ad domicilium testantis, vel aliter disponentis, sed ad leges illius loci, ubi res immobilis sita est, v. Gail. 2. obf. 124. n. 16. B. Stryk, *de success. ab intest. diff. 1. c. 4.* §. 2. late Carpzou. l. 6. resp. 39. qui num. 15. cum Mollero aliisque hoc etiam ad eum casum extendit, licet in statuto in loco domicilii existente additum fuisset, die Güter mögen liegen, wo sie wollen; add. Richter. *de success. ab intest. proam. n. 34.*

## §. LIV.

Ex eodem fundamento fluit decisio alterius dubii. Meuius Hamburgi non solum domicilium constituit, sed

sed etiam bona immobilia hereditaria , quæ jure dominii possidet, Hamburgi sita sunt, ipse vero in loco tertio, ubi discrimen inter bona hereditaria & adquisita non obtinet, testamentum condere vult de bonis hereditariis. Scilicet neque hoc casu de illis hereditariis sine consensu heredum proximorum testari, vel alio modo disponere potest. iterum enim ad leges illius loci, ubi res immobilis sita, respiciendum est.

## §. LV.

Adhuc alias casus ex iisdem principiis deciditur. Fingamus, quod Meuius Hamburgi, Lubecæ, vel Luneburgi, hactenus domicilium suum habuit, deinde vero, juri ciuitatis renunciat & in alio loco degit, bona vero priora adhuc possidet, queritur: an jam de hereditariis disponere queat? negatur, quia statutum obligat intuitu immobilium etiam extra territorium statuentium, Meu. ad ius Lubec. quest. prælim. 6. num. 6. Dn. J. S. Stryk. dissent. de Hamburg. testam. n. 3. n. 33. seq.

## §. LVI.

Bona hereditaria itaque nullo modo alienari possunt. Sed quid, si quis fundum hereditarium habet, & in eo ædificium suis sumptibus exstruit, queritur: utrum hoc ædificium recens extructum pro hereditario habendum sit? manemus merito in regula juris communis, quidquid solo inædificatur, illud solo cedit, & per consequens ejusdem naturæ & qualitatis est cum principali, §. 29. J. de rer. diuis. unde absque consensu heredum proximorum alienari nequit. Si vero nihilominus alienetur, & heres proximus rem vindicet, hic, prout recte statuit Meuius ad ius Lub. l. 1. tit. 10. art. 6. num. 55. ad refusionem expensarum obstrictus erit.

F 3

§. LVII.

## §. LVII.

Dispiciamus adhuc, an bona hereditaria oppignorari valide possint? Meius loc. cit. n. 80. hic fluctuat. Primo dicit, hypothecam quoque prohibitam existimabimus, sicut per legem prohibita alienatione pignus & hypotheca communiter prohiberi censetur, i. fin. C. de reb. alien. non alienand. Mox vero addit: et si, quando non ex interpretatione, sed proprietate vocis res definienda est, vel cum in iis versamur, quae aut odiosa sunt, aut strictam interpretationem requirunt, in specie in consuetudinibus & statutis a jure communi deviantibus, sub alienatione non venire hypothecam, plerumque adseratur, ut latius explicat Neguzant. de pignor. part. 2. membr. 3. num. 70. Chaffan. in consuet. Burgund. rubr. 9. des mains mortes. §. 10. num. 43. seq. Decius cons. 645. ibique Carol. Molin. Tandem subjungit: quid obseruantia receperit, experiri non licuit. Mihi faluo aliorum judicio ita videtur. Si quis bona hereditaria oppignorat, proximo quidem heredi ea statim vindicare non licet, uti de alienatione supra §. XLIV. diximus, quia dominium adhuc penes oppignorantem manet; interim tamen proximus heres mortuo oppignorante pignus agnoscere & debitum creditori persoluere non tenetur, nisi simul in bonis adquisitis defuncto succedat & sic ejus factum praestare teneatur. Alias vero bona hereditaria non tam ex defuncti voluntate, quam potius ex legis dispositione accipit & ad defuncti factum præstandū non est obstrictus. Notum quoque est, quod in toto jure prohibita alienatione simul oppignoratio prohibetur, v. g. in prohibita alienatione fundi dotalis, pr. J. quib. alien. lic. bonorum immobilium ad minores spectantium, iii. ff. de reb. eor. qui sub tut. feudorum, &c. Certe oppignoratio

ratio est via ad alienationem, quidquid vero prohibitum est in termino, illud quoque in via prohibitum esse censetur, uti DD. loqui consueverunt. Et certe, si bona hereditaria oppignorare liceret, possessio eorum tantum aë alienum contraheret, ut successio proximo successori inanis futura esset. Non obstat, quod in statutis Hamburgensibus p. 2. tit. 4. art. 6. dicitur, und alsdann (deficien-  
tibus scilicet mobilibus,) mag er ihm sein frey Erbe, da  
er eins hat, verschen und verpfänden; nam primo vox  
Erbe est vocabulum generale, quod immobilia denotat,  
non vero præcise bona hereditaria, uti patet ex altero lo-  
co part. 2. tit. 8. art. 3. deinde dicitur sein frey Erbe, quod  
potius hic ad adquisita, quam hereditaria referendum.

### §. LIX.

Ordo nunc postulat, ut ad casus exceptos transeamus, quando scilicet bona hereditaria alienare permittatur. Primo hic & illud notari meretur, quod quamvis ciuitates in ducatu Pomerania & Megapolitano jure Lubecensi plerumque utantur, discrimen tamen inter bona hereditaria & adquisita ibidem adcurate non obseruetur. Ita testatur Meius loc. cit. num. 81. quod Rostochii, Stralsundii, Wisnaria, Gryphisvvaldiae, &c. litera juris Lubecensis non obseruetur, sed ibi testamenta de bonis patrimonialibus valeant. Scilicet ciuitates illas jus Lubencense non obligat, nisi quatenus receptum fuit.

### §. LIX.

Notabilis est casus, qui habetur in jure Lubecensi l. 1. tit. 10. artic. 4. Hat jemand Gut bei sich, darüber er ihm Gewissen macht, das mag er in seinem Tod-Bette wohl wiederumb anweisen in sein Erbe, so er sonst kein ander Gut hätte, darum er die Wiederkehrung thun

thun könnte, und das können ihm seine Erben nicht wehren. Primo sermo hic est de rebus, quas quis per rapinam, furtum, aut adhibitum dolum ad se periraxit easque nunquam iterum restituit, nunc vero conscientia ipsi dictitat, non remitti peccatum, nisi restituatur ablatum. Deinde supponendum est, illas res jamdum consumtas esse, ut in natura ipse restitui nequeant, unde verba illa: Hat jemand Gut bey sich, hoc saltet indigitant, quod quis rem illam male partam consumserit & exinde locupletior factus fuerit, alias enim, si ipsa res adhuc existaret, non opus esset adsignatione in aliis bonis facienda. Suppositis hisce permittit jus Lubecense, quod aliquis hereditibus suis injungere possit, ut premium rerum male partarum ex bonis hereditariis parti laesa persoluant, das mag er in seinem Tod-Bette wohl wiederumb anwesen in sein Erbe. Quamuis vero vox Erbe interdum etiam generaliter capiatur pro bonis & adquisitis & hereditariis, prout §. LVII. in fin. monuimus; hic tamen certum est, per illud bona hereditaria denotari, quoniam intuitu adquisitorum ejusmodi speciali dispositione opus non erat, utpote de quibus dominus pro lubitu & promiscue disponere potest, quam sententiam & hic contra Steinwigium recte defendit Meu. ad d. l. i. tit. 10. art. 4. n. 7. Statuta Hamburgensia p. 3. tit. 1. art. 12. eundem casum tangunt: Da auch ein Mann unrecht Gut gewonnen hätte und daselbe bey seinem Leben wiederkehren wolte, solches mag er wohl thun von seinen Erbgütern ohne Widerspruch der Erben, wosfern er sonst keine Güter hat.

## §. LX.

De legatis ad prias causas inter partes litigantes in foro

ro disceptatum fuisse memini, annon illa ex bonis hereditariis persolui debeant? adfirmantes prouocabant ad textum juris Lubecensis l. 2. tit. 1. art. 7. ordnet jemand seinen letzten willen und Testament, er sey gesund, oder frank, so soll man von dem Testament erstlichen bezahlen die Schuld, darnach, was zu Gottes Chr und minden Sachen gegeben ist, umb das übrige soll es ergehen, nach laut des Testaments, cui jungi posset textus l. 1. tit. 9. art. 1. verum enim uero negantium lententia omnino præferenda & textus adductus non de hereditariis, sed adquisitis bonis intelligendus erit, v. jus Lubec. l. 2. tit. 1. art. 2. ibi: und wann er solches vor ihnen macht von seinem wohlgewonnenem Gute, so ist es beständig. Exceptio nem a regula fingere nemini permisum, si ea fundamen tum in lege non habeat. Idem adplicandum ad casum, *si quis benefactori ex rebus hereditariis remunerationis loco aliquid relinquere vellet.* Unde referente Meuio ad l. 1. tit. 10. art. 4. n. 16. cum quis ita scripsisset in ultima voluntate: Er wolle N. sein Wohnhaus vermachen und zueignen, weil er ihm viel gutes gethan und sein Heil und Wohlstand von ihm hätte, und da ers ihm nicht vergeltete, es Gott an ihm straffen würde, non obstare agnatis reuocare volentibus hanc dispositionem, judicatum fuit, quia gratus de suo quisque esse debet, salvo alterius jure. Jus Hamburgense in ejusmodi casibus libertatem disponendi quoque non indulget.

## §. LXI.

Vera exceptio a regula traditur in jure Lubecensi l. 1. tit. 10. art. 6. in casu summae necessitatis exigentis, solch Erbgut mag man ohne der Erben Erlaubniß nicht alieniren, es erforderete dann solches die äußerste ehehaft

G

te

te Nothdurft. Concordant statuta civitatis Luneburgensis art. 10. ibi: oder möge solche Noth beweisen, daß ihm behülflich sey. Alienans tamen hoc casu prestito jurejurando adserere tenetur, quod bona adquisita sufficientia non habeat, *jus Lub. d. l.* dem nun das Erbe zugehört, muß bey seinem Eyde erhalten, daß er sonst kein ander Gut habe, darzu er greissen könne.

## §. LXII.

Difficultas vero nunc oritur, quenam sit ejusmodi summa necessitas, àuferste ehehaftie Nothdurft, vel solche Noth, die behülflich sey, *jus Lubecense* enim causae eo pertinentes non determinat. Nobis videtur, quod deficiente jure statutario ejusque determinacione ad regulas juris communis sit recurrentum. Deprehendimus vero in jure communi non quidem bona hereditaria in sensu juris Hamburgensis, Lubecensis & Luneburgensis; interim tamen bona fideicommissaria in gratiam & fauorem familiarium relictæ adsunt, quæ regulariter non magis, quam bona hereditaria juxta statuta alienari possunt, nisi summa & urgens necessitas adsit.

## §. LXIII.

Aedesse vero summag necessitatē existimant, primo, si poffessor bonorum hereditariorum alimenta non amplius habere posſit, niſi illa bona alienet. Textus huc pertinens habetur in nou. 108. c. 1. & exinde desumpta aut. contra cum rogatus. C. ad SC. Trebell. ubi disponitur, quod si quis rogatus fuerit, ut v. g. Titio restituat, quod ex hereditate supererit, heres tunc ad minimum quartam partem hereditatis Titio restituere teneatur. Sed

ve-

vero additur, heredem quoque de hac quarta dispo-  
nere posse, si alias non habeat, unde expensas faciat,  
conf. Brunnem. in comm. Cod. ad d. auth. Stryk. caus. test.  
c. 21. membr. 2. §. 18. Et hec quoque ad eum casum  
pertinere puto, si possessor inopes parentes habet, quos  
alere tenetur.

## §. LXIV.

Disquirunt hic: utrum *expense in studia faciende* ad  
hanc alimentorum causam quoque referri possint? Phi-  
lippus Knipschildt in tract. de fideicommiss. famil. nobil. c.  
ii. num. 322. seqq. adfirmatiuam sententiam tuetur, ex  
duabus præcipue rationibus, partim, quod præsumatur,  
defunctum patrem hos sumitus facere voluisse, par-  
tim, quod pater ad eos sumitus impendendos cogi po-  
tuisset. Verum nobis magis se probat sententia ne-  
gantium, Jasonis, Graffi, Peregrini, aliorumque, quos  
ipse citat Knipschildt loc. alleg. num. 321. Primo enim  
de eo non est quæstio, ad quid teneatur pater, si viue-  
ret adhuc, quia ille jamdum inter viuos esse desit. I-  
mo juxta nostram opinionem ne quidem ipse pater  
viuu ad sumitus studiorum subministrandos intuitus co-  
gi potuisset, quia utilitas reipublicæ non simpliciter &  
absolute requirit, ut filius artes liberales excusat, sed fi-  
lius etiam utile membrum reipublicæ esse potest, quam-  
uis mercaturæ, artificio, vel opificio operam nauet. Et  
ex hoc porro dubia redditur adducta præsumtio, ac si pa-  
ter hos sumitus facere voluerit. Imo, licet pater eos  
facere voluisset, tunc ipsi quidem viuo hoc de bonis  
adquisitis facere licuisset, neutiquam vero exinde con-  
sequitur, quod filius ex hoc capite bona hereditaria alie-  
nare queat.

## §. LXV.

Deinde in bonis alienari prohibitis nihilominus admittunt facultatem alienandi *ex causa dotis*, quando nemper pater filie suæ dotem constituere vult, alia vero bona adquisita sufficientia non adsunt, unde illa dos constitui possit, per alienationis prohibitionem enim ea, quæ ad paternum officium spectant, interdicta non censentur, *cit. auth. contra cum rogatus. C. ad Sc. Trebell. Knipschildt d. trax. c. ii. num. 281. seqq.* Hic tamen modus seruandus est, videlicet, ut dos pro conditione & qualitate personarum matrimonio conjugendarum & secundum regionis consuetudinem determinetur, *Fusar. de subdit. qu. 531. num. 163.* respiciendum quoque est ad alias foeminas in illa familia & qualis dos illis constituta fuerit, *Menoch. conf. 146. n. 6. Stryk. caut. testam. c. 21. membr. 2. §. 8.* Adlata non solum in matrimonio seculari, sed etiam in spirituali procedere dicit Knipschildt *loc. cit. num. 248.* ita, ut bona alienari prohibita nihilominus alienari queant pro constituenda dote filiæ, vel nepti, quæ religionem ingreditur & monialis efficitur; verum hoc apud euangelicos nullius usus est. Illud interim recte sese habet, quod alienatio bonorum non solum pro dote constituenda; sed quoque pro ea restituenda fieri possit, si nempe dos ipsi mulieri restituitur, non vero si tertius dotem ex libera voluntate dedit & nunc ejus restitutionem urget, *Fusar. qu. 532. Knipschildt d. c. ii. num. 245. seq.* Imo etiam propter donationem propter nuptias constituendam alienatio permittitur, *cit. auth. contra cum rogatus. C. ad Sc. Trebell. Nou. 39. c. i.* quoniam donatio propter nuptias doti æquiparatur, *I. 20. pr. C. de donat. ant. nupt. Stryk. caut. testam. d. c. 21. membr. 2. §. 10.*

## §. LXVI.

## §. LXVI.

Porro inter causas urgentes & necessarias etiam causa *redemptionis captiujorum* refertur, d. auth. contra cum ro-gatus. C. ad SC. Trebell. id est, si ille, qui bona alienari prohibita possidet, ab infidelibus captus, aut ipse, aut ejusdem filius. Bene vero hic monet B. Strykius d. l. §. 19. cautum hoc casu esse debere eum, in quem talis alienatio facienda, ut scilicet inquirat in causam ipsius incarcerationis, utrum propter captiui delictum, seu culpam, an vero per merum casum fortuitum, ut in bello, vel etiam in itinere contigerit. Ad posteriorem casum pertinent adducta, non vero ad priorem, nam qui ob delictum in carcerem detruditur, vel propterea, quod per prodigalitatem suam grande & alienum contraxerit: is indignus est, ut ei ita extra ordinem & per modum exceptionis a regula succurratur, v. l. 37. §. 1. ff. de minor.

## §. LXVII.

De transactione quoque multa habet Stryk. d. l. §. 3, seqq. Puto eadem ad bona nostra hereditaria applicari posse. Ponamus Titium certa bona possidere, quae ab ipsius patre in ipsum translatâ sunt, & qua hereditaria esse videntur. Sempronius eadem ad se pertinere dicit & hoc nominare vindicationem contra Titium in judicio instituit. Adfert etiam probationes non contemendas & hinc Titius metuit, ne futuro tempore condemnatoria sententia sequatur & sic ipse rem absque refusione pretii restituere cogatur. Transigit itaque cum auctore Sempronio, bona litigiosa in hunc transfert, Sempronius autem certam pecunia summam transactionis nomine ipsi persoluit. Hic prohibitio de bonis hereditariis non alienandis locum habere non poterit, quoniam illa supponit,

ponit, quod certo constet, bona hereditaria esse, hic autem illud plane incertum est, nec prætendi potest, ut Titius incertum litis euentum expectet. Et ex eodem fundamento quoque juri retractus ne quidem locus datur, Berlich. p.2. concl. 39. num. 65.

### §. LXIX.

Sed quid de causa *urgentis æris alieni* statuendum? distingendum, utrum defunctus, a quo bona hereditaria in præsentem possessorum deuoluta fuerunt, illud æs alienum contraxerit, an vero ipse possessor præsens. *Priori* casu, si bona adquisita non adsunt, ex quibus æs alienum solvi possit, bona hereditaria alienari poterunt, quia bona non intelliguntur, nisi deducto ære alieno, l. 39. §. 1. ff. de V.S. & ergo, si defunctus tantum æs alienum reliquit, quod pretium bonorum absorbet, in effectu nihil reliquisse censemur. *Posteriori* autem casu hereditariorum bonorum alienationi locus esse non potest, quoniam possessor, tamquam heres defuncti, a quo bona hereditario jure accepit, non potest æs alienum in præjudicium proximorum heredum contrahere. Quamdiu tamen vivit, fructus creditoribus sine dubio adsignare potest, salua futuro tempore heredibus proprietate plena.

### §. LXIX.

Ratione regularum prudentiae illud jam addo, quod Strykius b. m. in tract. de caut. testam. c. 21. membr. 2. §. 21. intuitu alienationis bonorum fideicommisariorum jam antea monuit, & quidem iisdem ipsius verbis. In genere autem, inquit, adhuc circa illos (casus) adnoto, nihil hisce in casibus consultius esse, quam si decretum solemne magistratus cum exacta cause cognitione interue-

terueniat. Quamuis enim, addit, omnis hæc dispositio etiam sine tali decreto & cause cognitione subsistat, modo causa necessitas sufficiens alienationem urserit; quia tamen illa ipsa postea in dubium vocari potest, præfertim fideicommissariis (in nostro casu proximis hereditibus ab intestato) prætententibus, alia adhuc extitisse bona, ex quibus vel æs alienum exsolui, vel alimenta, aut dos præstari potuissent, eueniet, ut onus probandi, alia scilicet præter hæc bona non extitisse, deuoluatur in alienantem, vel potius præsentem possessorem, a quo reuocantur. Hoc vero graui onere liberabitur & onus probandi deuoluet in impugnantem alienationem bonorum fideicommissariorum, (hereditariorum,) si prætia judiciali cause cognitione alienatio suscepta fuerit. Cum enim pro iudice ejusque gestis præsumatur, Menoch. l. 2. presunt. 67. Berlich. p. 2. decis. 212. num. 46. certe quoque præsumtio militabit pro justa causa alienationis, Carpzou. p. 3. c. 8. d. 36. n. 4. Knipschildt de fideicommiss. famil. c. II. num. 493.

## §. LXX.

Jure Lubecensi adhuc alias casus expreſſe determinatus est, & quidem l. 1. tit. 10. art. 2. quod nempe immobilia ex cognatorum hereditate prouenientia possessor alienare possit, modo pretium ex illorum venditione redatum in annuos redditus cellocer. Ita enim ibi: Stirbet jemand ein Haus, oder andere liegende Gründe und Erbe an von seinen Freunden, die mag er nicht verkauffen, er lege denn das Geld, welches davon kommen, wiederum an andere Renten, es wäre dann, daß seine Erben in das verkauften der Güter ohne Be ding

Ding vorwilligen würden, de quo casu consensu heredum nos jam supra §. LI. ex instituto egimus.

### §. LXXI.

Casus ante adductos, ultimo in §. præced. excepto, non quidem ex verbis juris Lubecensis expressis deduximus, interim tamen corum decisionem sanæ rationi & principiis interpretandi conformem esse censemus. Meius in comm. ad jus Lubec. l. i. tit. 10. art. 6. num. 113. seq. casus necessitatis plerosque a nobis adductos calculo suo adprobat. Ita enim ille: non autem quamuis, inquit, necessitatem sufficere, sed extremam, die äußerste, desiderarii, textus monet, si alienans non habeat, unde se suosque sustentet, ex captiuitate redimat, eaque onera sustineat, ad quæ necessitas & natura eum obligant. Ideoque, pergit, in dijudicanda necessitate primo causa & obligatio ponderanda, ut quod incumbit alienanti, hoc necessarium æstimemus. Deinde, ut alia auerten-  
dæ, aut molliendæ necessitatis remedia non suppetant, &c.

### §. LXXII.

Interim tamen, quamvis una ex recensitis illis causis adsuerit, proximis cognatis nihilominus jus promis eos saluum manet, (excepta causa transactionis, v. supra §. LXVII.) Textus hic pertinens satis euident est in jure Lubecensi l. i. tit. 10. art. 6. dem nun das Erbgut zugehört, muss bey seinem Eyde erhalten, daß er sonst kein ander Gut habe, dazu er greissen könne. Wann solches geschicht, so haben die nehesten Erben den Kauff daran, wann sie wollen, doch vor so viel Geld, als Fremde dafür geben wollen, quod ultimum in materia retractus semper juris est.

### §. LXXIII.

## §. LXXXIII.

Adhuc una quæstio supereft, quam & ipfe Meuius  
*ad d. l. 1. tit. 10. art. 6. num. 12i. seqq.* tangit: utrum scilicet bona hereditaria fisco addici possint, si poffessor eorum bonorum ejusmodi delictum commisit, quod confiſcationem bonorum meretur. Evidem bonorum vocabulum generale eft, prout in §. 1. hujus noſtræ diſſertationis in-nuimus, & proinde videtur, non ſolum bona adquifta, ſed etiam hereditaria confiſcationi ſubiecta eſſe, fi v. g. eorum poffessor crimen perduellionis commisit, nam intuitu bonorum hereditariorum quoque poffessori jus dominii competit; verum eniuero ea ſolum fisco addici poſſunt, quorum intuitu delinquens liberam adminiſtrandi & alienandi poteflarem habet. Ejusmodi vero libera adminiſtrandi & alienandi potefla poffessori intuitu bonorum hereditariorum denegatur. Proximus heres viuо adhuc poffeffore non incertam ſpem, ſed certum jus ſuccedendi habet, atque hoc ipſi per delictum poffefforis auferri non poſteſt, quoniam alteri per alterum iniqua conditio inferri non debet, ſana ratione hoc iſpum dicititan-te. Ita quoque, quamvis maritus rerum dotalium dominus dicatur, in eo tamen caſu, fi mariti bona propter iſpui delictum fisco addicuntur, uxori bona do-talia ſalua manere debent, *i. s. pr. & §. 5. C. ad L. Jul. ma-jest.* Hoc interim facile concedo, quod ſi forſan ex gratia Principis delinquenti poena capitis remittatur, fi-cus ad dies vitæ delinquentis fructibus bonorum heredi-tariorū frui poſſit.

## §. LXXXIV.

Ardua vero hic oritur quæſtio, utrum etiam jure  
H Ham-

Hamburgensi ejusmodi casus urgentis necessitatis, quos ante adduximus, admittendi sint? Sane, verba statutorum Hamburgensium nullam mentionem ejusmodi causū necessitatis injiciunt; puto tamen nunquam solis statutorum verbis eorumq; cortici inhærendum esse, sed ubiq; justis interpretandi regulis locum dari. Est vero principiū in sana ratione fundamentū habens, quod necessitas non habeat legem, sed sibi ipsi sit lex, & quod per consequens causus necessitatis exceptionem a regula semper constituat. In statutis non magis, quā in aliis legibus, omnes & singuli causas in vita quo idiana obuenientes determinari possunt, & ergo, si statutum silet, ad principia juris communis recurrendum est. Accedit, quod statuta ex vicinorum statutis interpretationem & restrictiūam & extensiūam capiant, Meu. *adjus Lub. l. 1. tit. 10. art. 4. num. 9.* Brunnem. *ad 132. ff. de LL. num. 4.*

### §. LXXV.

Adfinia bonorum hereditariorum nostrorum sunt bona ad fideicomissa familiarum spectantia, a quibus proinde hactenus sèpius argumentati sumus. Constituuntur ista communiter in testamentis vel expreffis verbis, vel interdum quoque tacite, ubi ad circumstantias probe respiciendum, non minus, quam ad vocabulorū effectum, quo pertinet prohibitio alienationis extra familiā, familiæ enim mentio fieri debet, ut constet de personis, quarum respectu testator ita disposuit, v. l. 114. §. 14. ff. *de leg. 1. de quo & pluribus aliis casibus conferendus est Strykius in caut. testam. c. 21. membr. 1. §. 30. seqq.*

### §. LXXVI.

## §. LXXVI.

Interdum quoque ejusmodi fideicomissa per modum contractus constituuntur, quod quidem juri romano non adeo conueniens, in germania tamen præfertim inter illustres familias non infrequens est, de quo late Stryk. loc. cit. §. 18. seqq. Cum vero, prout notum, per contractus non producatur jus reale, sed merum personale; hinc utile esse existimo, ut in ejusmodi conuentionibus omnia bona ad fideicommissum spectantia successoribus jure hypothecæ obligentur, quo facto, licet quis ea bona propria autoritate & contra intentionem primorum pacientium alienauerit, cuilibet successori tamen actio realis contra quemcunque possessorem dabitur. Prohibitiones vero de non alienando in ultimis voluntatibus factæ vim legis habent, ita, ut actus contra eas gestus sit ipso jure nullus, id. loc. cit. §. 79.

## §. LXXVII.

Et hæc in præsenti de diuerso jure bonorum acquisitorum & hereditariorum dicta sufficient. Tempore exclusus fui, quo minus materiam hanc utilissimam latius persequi potuerim, & hinc etiam veniam spero, si alicubi forsan errauerim, aut nimium breuis fuerim. Deo ter optimo maximo interim pro gratia sua mihi hactenus in cursu studiorum meorum concessa, sit laus, honor & gloria, ipsius etiam clementiæ me meaque studia in futurum humillime commendo.

TANTUM.

**S**obrich, Geehrter Freund, mit dein' Verdienst hervor,  
Läß sich den edten Fleiß durch schöne Früchte zeigen,  
Dich hebt Geschicklichkeit den Ehrenberg empor,  
Die Zeit, die seiner Schaar Pythagoras zum Schweigen  
Sonst abgezirckelt hat, ist nun mit Ruhm verbrah.  
Da hat dein heißer Sinn kein Ungemach gescheuet,  
Er hat die Polsterbank der Zärtlichkeit verlacht.  
Dich hat Geduld und Fleiß und Wachen nicht gereuet,  
Du hast den muntern Kopff beständig angestreckt,  
Und was da Rechtkens sey, mit vieler Müh erfraget.  
Die Wahrheit, die sich sonst vor Erträgheit gern versteckt,  
Die hat dein Witz erspürt, die hat dein Fleiß erjaget.  
Doch hat Bescheidenheit damit nie groß gethan,  
Du lerntest in der Stille, und ließest von dir spühren,  
Es sey Dir nicht zu thun um den gelehriuen Wahn;  
Du woltest erst mit Recht den Ehren-Namen führen,  
Nun aber tritt hervor, und lasse deinen Fleiß,  
Zu öffentlichen Ruhm auch überall erschallen,  
Nimm hin von Themis Hand den angenehmen Preis,  
Der keinem nicht im Schlaff pflegt in den Schoß zu fallen.  
Die Väter, denen sich die Themis anrebeut,  
Dass sie ihr Heilighum durch Recht und Spruch bewahren,  
Die haben ihr zum Dienst, als Priester Dich geweyht,  
Und lassen Dir die Macht zu lebren wiederaufzählen.  
Dein Hamburg freut sich schon, so Dich anher gesandt,  
Der Weisheit echtes Gold mit Arbeit zu erlangen,  
Weil es die Mühe sieht so trefflich angewandt,  
Und, den es lernen heißt, als Lehrer kan empfangen,  
Wie sollte ich denn nicht der Freude theilhaft seyn?  
Und diesen frohen Tag mit Glückes-Wünschen ehren?  
Der Segen flechte sich in Dein Beginnen ein,  
Dass sich von jetzt an Glück und Würde stets vermehret.

Mit diesen wenigen Zeilen wolte dem Herrn  
Candidaco, als seinem werthvollsten Freunde  
de aus aufrichtigen Gemüth gratuliren

F. H. P. Dorguth, Jur. Stud.

01 A 6582



f

vd 18 10/1





30

DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS  
DE  
**DIVERSO JURE**  
**BONORUM ADQUISI-**  
**TORUM ET HEREDITA-**  
**RIORUM,**

*QVAM*  
DEO ter O.M. adnuente,  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
**D N. CAROLO,**  
PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE BRANDENBUR-  
GICO, ET RELIQUA,  
*In Illustri Academia Fridericiana,*  
PRÆSIDE  
**JACOBO FRIDERICO**  
LUDOVICI,  
J.U.D. & PROF. PUBL. ORDINAR.  
*PRO LICENTIA*

Summos in utroque jure honores & priuilegia Doctoralia rite  
caepessendi

*ad diem Octobr. M DCCXIV. Horis ante 6 pomerid.*

Placido Eruditorum examini submittit

**JOHANNES GERHARDUS GOEBEL,**  
Hamburgensis.

---

HALAE MAGDEBVRGICAE,  
LITT. CHRISTIANI HENCKELII, ACAD. TYPOGR.

30